Diss.
3125/15

שלמות הכתוב סנצחת

sive

SINCERITAS SCRIPTVRAE V.T.

Suspicione Erroris

in *Decade* Exemplorum, Abrabbaneli,

ac asseclis incusatorum *abstersa*,

ELVCTANS.

Quam

divina aspirante clementia,

SVB AVSPICIIS

SERENISSIMORVM SAXONIÆ DVCVM,

ACAD. HUJUS NUTRITORUM BENIGNISSIMORUM,

SPECIMINIS LOCO,

ad

PARADOXON PAPATVS JVDAICVM

de *corruptis Scripturae locis* per Masoram *emendatis*,

ENERVANDVM,

in Festo memoriæ *Reformationis*,

per B. Martinum Lutherum, ante duo abhinc Secula

susceptae, consecrato,

placidæ Eruditorum disquisitioni

submittit

JOH. ANDR. DANZ, SS. Th. D.

ejusque & Sacr. ac Orient. Lingv. P.P.

de Exemplo primo vice iterata

RESPONDENTE

M. JOHANNE HENRICO OLPIO,

Aggeripont. Thuring.

D. VI. ac *Novembr. A. C. MDCCXVII.*

JENÆ, Litteris NISIANIS excudebat JO. VOLKM. MARCKGRAF.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

DISCEPTATIONES

PARADOXON PRAETERITUM

ENERVANDUM,

PRAESIDE

IOH. ANDR. DANZ, SS. Th. D.

PUBLICE DEFENDET

M. IOANNES HENRICUS OLPIUS.

בסר

Uod religio Christiana natales suos

Judaicæ debeat; nemo facile inficias ibit, qui effatum Petri in prima Christianorum Synodo, quod *eodem modo salvari nos, credant, quo Patres*, paulo attentius considerauerit [a]). *E Zion exire debebat doctrina, & verbum Domini è Jerusalem, judicatum inter gentes* [b]). Et Salvator ipse *salutem à Judæis provenire*, testatur [c]). Non tantum CELSI, Christianorum hostis infensissimi, *propositum fuisse*, ORIGENES annotat [d]), *Christianæ religionis criminari initia, tanquam à Judæis habentis originem.* Qui & alibi [e]) *Judæum* introducit, Christianos his alloquentem verbis: *qua fronte à nostris Sacris incipitis,*

a) Act. XV. v. 7. 10. 11. b) Jes. II. v. 3. 4. כי מציון תצא תורה ודבר ה' מירושלם ושפט בין הגוים וגו' c) Joh IV. 22. ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν. d) lib. I. contra Celsum, p. 14. σκοπὸν ἔχων καθηγορῆσαι τῆς ἀρχῆς τῶ χριστιανισμῶ, ἡρτημένης ἀπὸ Ἰουδαίων. e) l. c. lib. II. p. 59. πῶς ἄρχεσθε μὲν,

in progreſſu vero contemnitis? cum non habeatis aliam veſtræ opinionis initia, quam legem noſtram? Quæ & JULIANI eſt cavillatio, apud *Cyrillum Alexandrinum* [f]); priſtinis adeo recepta temporibus, ut *Chriſti ſectatores*, quales erant *Aquilas*, & uxor ipſius PRISCILLA [g]), ſub Claudio Roma pulſos, SVETONIUS [h]) non modo, ſed LUCAS [i]) ipſe, dixerint *Judæos*. *Fabium* etiam *Clementem* Conſulem, ejusque uxorem *Flaviam Domitillam*, à Domitiano interfectos, narrat DIO CASSIUS [k]); quod *Judæorum amplexi* ſint *ritus*. Qui tamen Chriſtiani erant. Verum ipſimet Chriſtiani, eorumque Doctores primipili, haud probroſum ſibi duxerunt, à *Judæis* ſua derivare incunabula. *Iſtorum nos* fore *Succeſſores ac poſteros*, LACTANTIUS [l]) gloriabundus veluti enarrat. Non certê nativitatis jure. Quandoquidem ſua jam ætate JUSTINUS MARTYR [m]) *plures ex gentibus, quam à Ju-*

ἀπὸ τῶν ἡμετέρων Ἱερῶν, πρεῖόντες δὲ αὐτὰ ἀτιμάζετε; ἢ οὐκ ἔχοντες ἄλλην ἀρχὴν εἰπεῖν τῦ δόγματος, ἢ τὸν ἡμέτερον νόμον.

f) lib. V. & VI. *g*) Act XVIII. 2. *h*) in Claudio, cap. 25. p. m. 497. *JUDÆOS, impulſore CHRESTO, aſſidue tumultuantes, Roma expulit.* *i*) Act. l. c. verbis, διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τὺς Ἰυδαίυς ἐκ τῆς Ῥώμης. k) lib. LXVII. p. 766. A. εἰς τὰ τῶν Ἰυδαίων ἤθη ἐξοκέλλοντες. *l*) lib. V. qui eſt de *Juſtitia*, cap. 22. p. m. 490. Edit. Oxon. 1684. *m*) Apol. I. §. 68. in fin. p. 101. Edit. Oxon. *Grabii*; quæ in Edit. Pariſ. & Col. eſt II. p. 88. B. πλείονάς τε καὶ ἀληθεσίερυς τὺς ἐξ ἐθνῶν τῶν ἀπὸ Ἰυδαίων καὶ Σαμαρέων χριςιανὺς

à Judæis & Samaritanis Christianos nouit. Verum ratione doctrinæ, quam ab illis hauserint. *Judæum ab Ægypto examen, Christianæ sectæ originem* vocat TERTULLIANUS [n]): qui in præcedentibus [o]), nos *Judaicæ religionis propinquos*, dixerat. Neque adeo à vero prorsus abludunt, quæ *Celsus* ll. cc., malo quantumvis animo [p]), Christianis exprobrabat. ORIGINES ipse *Christianismum*, fatetur, *cum Judaismo* esse *conjunctum* [q]), eiusque quasi sequacem.

Enimvero de *Judaismo* primævo ac puro, hæc sunt intelligenda; prout per Mosen, reliquosque Prophetas à Spiritu S. agitatos ordinatus, & in Scripturam redactus est Canonicam. In quantum Salvator ipse *servare* iubet, *ac facere id, quod Scribæ ac Pharisæi dixerint, in Mosis cathedra sedentes* [r]), h. e. doctrinam Mosaicam sincere

---

εἰδότες. *n*) Apologiæ c. XL. *o*) l. c. cap. XVI. *p*) ORIGENES contr. *Celsum* lib. I. p. 14. ἔοικεν οὐκ ἀληθῶς, ἀλλὰ φιλαπεχθημόνως, ὁ Κέλσος ταῦτα λέγειν, i. e. *videtur Celsus hæc non veraciter, sed infenso animo scribere.* *q*) l. c. lib. I. p. 5. βάρβαρόν φησιν ἄνωθεν εἶναι τὸ δόγμα, δηλονότι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, ᾧ χριστιανισμὸς ἥρτηται, i. e. *sectam*, vel doctrinam *hanc, ab origine ait, esse barbaram, scilicet Judaismum; cui quo Christianismus est conjunctus.* Plura in hanc rem collegit B. CHRIST. KORTHOLT in *Pagano obtrectatore*, cap. III. p. 55. seqq. & de *Persecut. Eccl. Apost.* cap. Prælim. §. 3. p. 4. seqq. *r*) Matth. XXIII. v. 2. 3.

re profitentes. Vix enim dubitandum, eundem hic obtinere ſenſum verborum Chriſti, quem TALMUDICI [s]) adſcribunt verbis *Malachiæ* [t]), juxta *R. Jochananem* explicatis: *labia Sacerdotis cuſtodiant notitiam, & do-*

Etri-

---

s) Mal. II. 7. t) in cod. *Chagiga* cap. II. f. 15. b. l. 22. ſeqq.
רבי מאיר היכי גמר תורה מפומיה דאחר והאמר רבה בר בר חנה אמר ר' יוחנן מאי דכתיב כי שפתי כוהן ישמרו דעת ותורה יבקשו מפיהו כי מלאך יהוה צבאות הוא אם דומה הרב למלאך יהוה צבאות יבקשו תורה מפיהו ואם לאו א"ל יבקשו תורה מפיהו וכו' i. e. *R. Meir quomodo didicit Legem ex ore Alius iſtius?* (ſcil. R. Eliſæ fil. R. Abujæ, pro cujus infauſta memoria delenda, ab ejus abſtinent nomine, *Alium* ſeu alienum à fide Judaica, à qua degeneraſſe legitur l. c. f. 14. b. l. 32. ſeqq. f. 15. toto, reſipiſcentiæ mediis nefarie & palam repudiatis, ſubſtituentes). *Annon dixerat Rabba nepos Channæ, docuiſſe R. Jochananem, quomodo* intelligi debet *id quod ſcriptum eſt* Mal. II. 7. *nam labia Sacerdotis cuſtodiant notitiam, & doctrinam requirant ex ore ejus? כי Angelus eſt Domini exercituum*, h. e. SI *ſimilis eſt Doctor aliquis Angelo Domini exercituum; requirant doctrinam ex ore ejus: ſin minus; nequaquam ex ejus ore requirant doctrinam.* Quæ ipſa explicatio iisdem ferme verbis repetitur in cod. MOED KATON Bab. cap. III. f. 17. a. l. 7. ſeqq. licet ob aliam ſuppeditatam occaſionem, à Studioſo quodam ſubtiliſſimo ſiniſtræ famæ; qui incertos reddiderat Senatores, an excommunicandus ille ſit, quum ope ejus indigeant omnes? an verò impunis ſit relinquendus, cum periculo nominis divini, per ipſum blasphemati? Quem tandem, nulla doctrinæ ejus ratione habita, ob verba Malachiæ, juxta R. Jo-

Etrinam requirant ex ore ejus, QUUM [u]) vel quando *Angelus eſt Domini exercituum.* Alioquin abrogaſſet Salvator veraciſſimus conſtantiſſimusque omnes iſtas animadverſiones contra Scribarum traditiones, Legisque depravationes, ſaepiſſime [x]) graviter, ac non ſine mali imminentis prædictione [y]), pronunciatas: ſi morti vicinus palinodiam veluti caneret, & ſimpliciter eos juberet audiendos. Cum Paulus coram Agrippa Rege Judaico, *nihil ſe dicere* aſſereret, *praeter Moſen & Prophetas* [z]); intelligebat eosdem ſecundum genuinum ipſorum ſenſum, demtis *Judæorum* tunc viventium detorſionibus. Quas Salvator *fermentum* nuncupat, ſuis fugiendum [a]); earumque autores *cæcos, & cæcorum duces*, qui *deſerendi* ſint [b]). Alibi [c]) *meliori* ſuos exornari jubet *juſtitia*; niſi *excidere* velint *regno cœlorum. A quo* ſimpliciter *exeludit Sacerdotum principes, ac Scribas* [d]), ſibi adverſos;

chanan explicata, R. Juda excommunicationis fulmine ferierit. *u*) Quod כי ſæpe idem ſit ac *quum, quando*; comprobant Exod. III. 21. Lev. XXI. 9. Deut. XXXI. 21. & plura alia loca, à *Noldio* annotata *Concord. Partic.* ad כי §. 22. p. 403. *x*.) Matth. V. 20. ſeqq. c. XII, 1. ſeqq. v. 39. ſeqq. c. XV. v. 1. ſeqq. v. 14. ſqq. v. 20. ſqq. c. XVI. 4. ſqq. c. XIX. v. 3. ſqq. c. XXI. 15. ſqq. v. 43. ſqq. c. XXIII. v. 13. ſqq. v. 16. ſqq. v. 23. ſqq. *y*) *Væ* acclamabat illis *octo* vicibus Matth. *XXIII.* v. 13. ſqq. *z*) Act. XXVI. 22. *a*) Matth. XVI. v. 6. ſeqq. v. 11. 12. *b*) Matth. XV. v. 14. cap. XXIII. 16. *c*) Matth. V. 20, ſqq. *d*) cap. XXI. 43.

gentibus conferendo, fructus facientibus condignos. Jam Pauli ætate doctrina de Christo crucifixo *Judæis* erat offendiculum [e]: ipsorumque Scholas Johannes vocat *Synagogas Satanæ* [f]. Qui progressu temporis continuo magis magisque à veritatis deviarunt tramite, in novos subinde errores turpiter prolapsi. Ita ut qui eos jam sequi ausit, ad effatum Christi, *una cum illis in foveam casurus sit* [g]), æternum periturus.

Optaremus itaque, ne quis Christianorum, antiquitate Ecclesiæ Judaicæ fascinatus, suos istorum consensu incrustaret errores: prout sæpe fieri à Pontificiis, deploranda (proh dolor!) testatur experientia. Quis enim paulo sagiacorum ignorat, lucrosam istam de *Purgatorio doctrinam*, si non prorsus Gentilismo suam debet ruinosam originem, certe è turbidis *Judæorum* haustam esse lacunis, in Talmude reliquisque Medraschim collectis [h]); non Scriptura canonica? Ex eadem limosa serpunt origine *Preces ac suffragia pro defunctis:* nimis accurate *definiti Angelorum ordines*, nomina, officia, atque cultus; cum ipso *Angelo* cujuslibet hominum *custode*, mediisque *fugandi damones* superstitiosis. Eidem suas debet natales *Sanctorum* pro nobis *intercessio*, & pro hac de

---

e) 1. Cor. I. 23. *f*) Apoc. II. 9. c. III. 9. *g*) Matth. XV. 14. Luc. VI. 39.

(*h*) Vid. tract. *Joseph Voisin* de hoc argumento, & Dissertat

deinde obtinenda, ſuperſtitioſa iſtorum *veneratio*. Inde derivata eſt *perfecta Legis adimpletio*, quam ſuperciliose nimis ſibi arrogant; ac *juſtificatio ex bonis operibus* cum *Sanctorum meritis*. Longum foret, ordine omnia recenſere *Paradoxa, à Judaïs translata ad Pontificios*. Elegeram hac vice, qua memoriam *Reformationis*, ante duo abhinc ſecula, per B. MARTINUM LUTHERUM inchoatæ, Eccleſia ab ipſo denominata recolit, primum Theologiæ locum, ejusque principium, de SCRIPTVRA SACRA: ex propriis utriusqne Eccleſiæ, *Judaicæ* ſcil. ac *Pontificiæ* ſcriptis oſtenſurus, quam amice utrinque inter ſe conſpirent, I.) in *Θεοπνευςία* Scripturæ verbis demta, & *ſolis adjudicata rebus*, intellectui Prophetarum oblatis. II.) in *multiplici* ejus *ſenſu* etiam LITERALI *aſſerendo*. III.) in macula *obſcuritatis* eidem aſpergenda. IV.) in *excludendis* ab ejus lectione *Laicis*. V.) in vitio *Imperfectionis* eidem exprobrando: atque adeo VI.) *Traditionibus Scripturæ adæquandis*. VII.) in *Fabulis* eidem *affricandis*. VIII.) In labe *corruptionis ei obtrudenda:* atque IX.) in *norma controverſiarum* certo *adjudicanda* collegio, vel perſonæ; cui nefas ſit contradicere: etiamſi dexteram dixerit ſiniſtram, aut vice verſa [i]). Singulis ſin-

---

tiones *M. Henningi Berwhardi Witter* p. m. Helmſtadii de eodem habitas. *i*) Conf. *Raſchi* ad Deut, XVII. 11. *Muſcato*, ad *Coſri* Lib, III. §, 27. f. 161. c. 4. circ. fin, citatus in

ſingulas tribueram ſectiones, per plures ſubdiviſas paragraphos. Sed cum opus in immenſum creſceret: quædam etiam, ob modernas ſedis Romanæ cum Eccleſiis Gallicanis altercationes, facile crabrones, ſine ullo noſtro commodo, excitare potuiſſent; quorum ictibus nemo prudens temere ſe objicit: pleraque etiam à B. noſtro MARTINO GEIERO præoccupata jam ſint [k]). Jdeo in ſola *labe corruptionis* à textu Originali Ebræo *diluenda*, præſentem locabo operam; in quantum ex *Maſoretharum* animadverſionibus illam inferunt marginalibus: quas *corruptelarum* in textu extantium *correctiones* eſſe, ſatagunt.

Quod in hoc dogmate eandem Pontificii cum Judæis inflent buccinam; pluribus alibi [l]) docuimus. Quanquam enim non eo usque temeritatis omnes procedant, ut Prophetis ipſis, cum ABRABBANELE[m]), craſſos in oratione concinnanda imputant errores, ex inſcitia vel negligentia commiſſos [n]): reliquorum tamen ſatumi-

---

Sincerit. Scripturæ V. T. *vacillante*, §. 29 fin. p. 94. *k*) in *Conformitate Judæo-Papiſtica*, in Locis de *Deo*, *Angelis* & *Homine*; nec non de *Scriptura ſacra*: quæ inter Opuſcula ejus Philologica, novæ Operum ejus Editioni in Belgio Amſtel. 1695. procuratæ, adjecta deprehenditur, p. 147. ſqq.

l) Tractatu ad (i) citato, §. 17. p 51. §. 20. p. 63. ſqq. §. 29. p. 89. ſqq. §. 31. ſqq. p. 98. ſqq. *m*) Cujus verba ſatis acerba vid. apud me, l. c item §. 32. p. 101. ſqq. *n*) Ita in Præfat. ad Jeremiam, f. 96. c. 4. l. 4. ſeqq. Verba ipſa cum verſione lat. vid. l. c. cap.

tuminant assertum *errorem literis* in כתיב extantibus *adscribentium*, à *Librariis* saltem, vel *Exscriptoribus*, ut vocat eos *Simonii* Interpres latinus [o], ex præcipitantia vel ignorantia, *introductum*. Atque adeo clare satis pronunciant, Scripturam ibidem esse corruptam, ubi aliud in margine legendum, (quod *correctionem* vocant ejus, quod per literas expressum fuerat,) substituitur. Ingenue & aperte præ aliis, id profitentur, haud uno in loco, *Johannes Morinus* [p], atque è recentioribus *Ricardus Simon*: qui id unice sibi proposuerunt, ut textum Scripturæ originalem omnibus reddant suspectum. Et posterior eo usque procedit audaciæ, ut vitia, quæ vocat, in *Cethib* extantia, non omnia corruptis Esræ codicibus adscribat; sed ipsis *Breviatoribus*, h. e. ex ipsius mente, Esræ ac collegis, imò Prophetis ipsis [r]. Quod enim JEREMIÆ præ aliis sit offensus, ejusque stylum eod. *prorsus* modo, quo *Abrabbanel* impugnet; evidenter satis hæc ejus verba probant [s]): *Tot in Jeremiæ textu*

I. § 33. p. 109. sqq. o) *Histoire Critique du vieux Testament* lib. I. c. 4. & passim, *les Copistes*; autor versionis latinæ NATALIS ALB. de VERSE vocat *Exscriptores*: qui melius *Librarii* dicti fuissent, aut *Amanuenses*. p) *Exercitat. Biblic. de Hebræi græcique textus Sinceritate*, passim, inprimis lib. II. Exercit. XXI. à p. 553. sqq. q.) l. c. passim. r) l. c. c. IV. p. 24. post med. sqq. vers. lat. p. 27. *Quædam tamen* inquit *sunt, quæ Scripturæ ipsis Breviatoribus adscribenda sint, potius quam Exscriptoribus*. s) l. c. p. 29.

phraſes conciſe & mutilæ occurrunt, ut non niſi multa ſupplendo vocabula, aut periodorum ordinem invertendo, ut primas & nativas reſtituas, ſenſum aſſequi aut reddere poſſis. Quæ quidem res etiam aliqua ex parte ex PROPRIO *cujusque* SCRIPTORIS STYLO *oriri poteſt. Summa enim inter Eſaiæ & Jeremiæ ſtylum differentia. Poſtremus ille absque ullo delectu aut diſcrimine præpoſitionem* (non *propoſitionem*, ut in Edit. Amſtel. 1685. extat, gall. enim *prepoſition*: & reſpicit Abrabbanelis permutationem אל cum על,) *aliam pro alia, fœmininum pro maſculino, plurale pro ſingulari, & vice verſa ponit. At Jeſaias vir nobilis & aulicus, in hac vitia raro impingit: verba illius terſa, lecta, pura, & ſermo ad rem accommodatus. Hinc Hieronymus Eſaiæ expreſſiones puras & generoſas idcirco eſſe, pronunciat; quia vir ille nobilis & illuſtris: & è contra Jeremiæ humiles & vulgares: quia is ruſticus, rure inter Agricolas educatus.* Quæ cum *Abrabbanelis* [1]) collata, tantam indicabunt convenientiam, ut exinde, præter Hieronymi allegationem, jurares mutuata. Quapropter ſpecimen hoc, quod in *Suſpicione* ERRORIS à Decade exemplorum *Abrabbaneli* accuſatorum *avertenda*, promiſſo olim dato jam nunc ſatisfacturus, publici juris facio, *Simonio* atque Pontificiis, quotquot ejus amplectun-

1) Præfat. in *Jerem.* f. 96. c. 2. med. citata mihi ſuprà l. c. c. I. §. 31. p. 98. ſqq.

ctuntur ſententiam, non minus oppoſitum eſto, quam Judæo, iſtorum in hoc ſectario. Faxit Numen benigniſſimum, ut in honorem divinæ ſuæ majeſtatis, Scripturæ nobis manifeſtatæ auctoritatem irreſiſtibilem, pluriumque reverenter eam tractantium, confirmationem vergat ſolidam. Cui cauſam hanc humilimis commendo precibus.

CAP. II.

Examen *Decadis* perperam *erroris* accuſatæ, exhibens.

§. I.

PRimum exemplum, quo ABRABBANEL probare ſatagit, *errores* ſeu *ſoloecismos* à *Jeremia* fuiſſe commiſſos, ab *Eſra* jure merito corrigendos, & in *Keri* emendatos, continetur cap. II. 15. in voce נצתו, Numeri ſingularis; atque adeo per *ſucciſa* vel *incenſa eſt*, vertenda: cum dici debuerit נצתו, *ſucciſa* vel *incenſa ſunt*: ad conformitatem cum præcedente ערין *urbes ejus*, qua cum connectitur. Et profecto à multis retro ſeculis vocem hanc contradictioni fuiſſe expoſitam, abunde docent *Maſoretharum* diverſis in locis indicata teſtimonia: *codices* manu exarati, ac *Rabbinorum* ſuffragia, hinc inde per ſuos diſperſa Commentarios. *Maſora*, quippe fi-

nalis [a]) *quatuordecim* inquit, in Sacris *occurrunt exempla, quæ* ה *in fine vocum in* כתיב exhibent, *legendum per Vau ſchurek: quæ conſignata traduntur in libro Threnorum, ad finem Alphabethi quarti.* Ubi textualis major [b]) annotat; *vocem* עורינוה *per* עורינו *legendam eſſe. Cum ſit una ex quatuordecim iſtis vocibus, quarum* ה *finale in* Cethib *expreſſum, per Vau legi debeat;* locis ab ea enumeratis: inter quæ numero quinto, hoc noſtrum recenſetur [c]) exemplum.

§. II.

---

a) fol. 21. col. 2. יד כתיב ה בסוף תיבו׳ וקרי׳ ו שורק וסימ׳ נמסר באיכה סוף אלף ו׳ b) ad cap. IV. v. 17. hæc ejus legitur Animadverſio: עורינה עורינו קרי והוא חד מן יד׳ מלין c) Præcedentibus enim porro adjicit: כתו׳ ה בסוף תיב׳ וקרי׳ ו וסי׳ יקרחוה לא יקרחה קרחה בראשם׳ שפכה ידינו לא שפכה אה הרם הזה׳ נשברה אניות בעציון גבר׳ עלה בעה החיא עלה עברו נכוכד נצר׳ נצתה עריו נצתה מבלי יושב׳ היה צאן אבדוה היה עמ׳ נושבה בי כה אמר יהוה על בית מלך יהודה גלער׳ יונה ואמר לבלה נאופים׳ יהיה ועשיתי אותם לגוי אחר׳ שממה וידעת כי אני שמעתי׳ שפכה ואני כמעט נטיו רגלי׳ חמרמרה פני חמרמרה מני בכי׳ עורינה תבלינה עינינו אלי׳ שלה ומני שים טעם רי כר עמו i. e. *Conſignatio earum eſt* יקרחה Lev. XXI. 5. *non* שפכח יִקְרְחוּ *DECALVABVNT calvitium in capite ſuo:* Deut. XXI. 7. *manus noſtra non* שָׁפְכוּ *EFFVDERVNT ſanguinem hunc:* נִשְׁבְּרוּ 1. Reg. XXII. 49. *DIFFRINGEBANTVR naves in Ezjon geber:* עלה 2. Reg. XXIV. 10. *in tempore*

§. II.

Et, ne quis putet, in universum tot saltem in tota Scriptura sacra occurrere exempla, in quibus ה finale in *Vau* mutandum jubeatur; observandum, in hujusmodi casibus, ubi certus numerus ad unam relatus classem, enarratur, eas saltem allegari voces, quæ semel (aut ad summum bis) hac animadversione visæ sunt notandæ: alias autem, in quibus eadem aliquoties occurrere putatur, seorsim referri; juxta seriem unicuique voci competentem. Id quod Collector ac simul corrector Masoræ, *R. Jacob fil. Chajim* studiose attendendum inculcat [d]; ne absque sua culpa erroris temere incu-

 setur

---

illo עָלָה *ASCENDERVNT servi Nabucadnezaris:* נִצְּתָה Jer. II. 15. *urbes ejus* נִצְּתָה *CONFLAGRATÆ SVNT, absque inhabitatore:* חִוָּה Jer. L. 6. *grex pereuntes* הָיְתָה *FUERUNT populus meus:* נוֹשָׁבָה Jer. XXII. 6. ubi, *nam ita dicit Dominus de domo Regis Judeæ Gilead &c.* יִזְנָה Ez. XXIII. 43. ubi *& dixi, siccine vetustillæ huic adulteriæ!* יְהִיתָה Ezech. XXXVII. 22. ubi *& efficiam eos gentem unam &c.* שָׁמְמָה Ez. XXXV. 12. in versu, qui incipit, *& experieris, quod ego audiverim &c.* שָׁפְכָה Ps. LXXIII. 2. in versu, *& ego, propediem declinassent pedes mei:* חמרמרה Job. XVI. 16. *vultus mei* חֲמַרְמְרָה *CONLUTULATI FACTI SUNT à fletu:* עֹרְרָנָה Thr. IV. 17. *ADHUC NOBIS consumuntur oculi nostri:* & שָׁלָה Dan. III 29. in versu, *à me itaque positum fuit edictum, ut omnis populus &c.* d) in *Masora* fin. ad li-

ſetur Maſora: ut ſæpe à noſtratibus fieri aſſolet. Solum enim verbum והיה, ex ipſorum dictamine, ultimum ה *ſepties* cum ו permutare jubetur [e]). Quo obſervato, longe major numerus [f]) evadet iſtorum, quo-

---

teram כ circa finem, fol. 40. c. 1. poſt medium, verbis: אמר המעתיק וכל שאר כתיב וקרי שיש לו התלוה בא"ב כגון דחסר ה' או דנסיב יתיר הא או ויו או יוד וזולתם כל אחר ואחר נמסר במערכת האות שלו בס"ר: i. e. *Monet Translator, unumquodque præterea ſcriptum, quod aliter legi debet, cui ſua in Alphabetho aſſignata eſt ſedes, v. g. quod* ה *deficiat;* aut *ubi traditur,* quod ה *vel* ך *aut* ו *vel alia præter has, abundet* litera *unumquodq; horum traditur, Deo clementer annuente, ordine cuilibet literæ competente.* Vi cujus cautelæ, nec עינו pro עיניו, nec ירו pro יריו, aut רגלו pro רגליו &c. in numero LVI illorum comprehenduntur, in quibus ו deficere putatur ante Suffixum ו in *Maſora* fin. f. 34. c. 2. circ, fin. & c. 3. Ut non tangam ea exempla, in quibus deficere dicunt ante ך, vel Suffixa pronomina alia *e*). *Maſora fin.* ſub lit. ה, f. 23. col. 5. l. 15. ſqq. והוה ז' כתיב והיה וקרי והיו וסימי נמסר ובפרשת מסעי וביהושע סי' שו' h. e. vox והיה *ſepties ita ſcribitur, quæ omnia legi debent* והיו, *quorum conſignatio traditur in Sectione* מסעי *Num.* XXXIV. v. 4. & *Joſuæ cap.* XV. *v.* 4.

f) Non ſatis ſibi conſtat Maſora textualis. Ad hunc enim locum annotat: והיה תוצאת הגבול ז' כתיבין והיה וקרינן והיו וסימי למעלה עקרבים דוידבר נחל מצרים דיהודה בית און בית חורון בית חגלה דבנימן צאן אברות היו עמון ולא יהיה עוד לשני גוים ונמסר גם בסדר מסעי: h. e. SEPTEM *ſcribuntur* והיה, *quæ legimus* וְהָיוּ, *quorum conſignatio, ad aſcenſum ſcorpionum*

quorum ה ultimum in *Keri* cum ו permutatur; ut ex ſingulari pluralis evadat. Cum enim ו literis ſubſternere ne-

---

Numerorum, cap. ſe. XXXIV. 4. *torrens Ægypti*, ſortis *Judæ*: Joſ. XV. 4. *Beth aven*, Joſ. XVIII. 12. *Beth horon*, Joſ. XVIII. 14. *Beth hogla*, tribus *Benjamin*, l. c. v. 19. *grex pereuntes fuerunt populus meus*, Jer. L. 6. & *non erit amplius in duas gentes*, Ez. XXXVII. 22. Quæ in MSto allegato, ad locum Joſuæ paulo aliter leguntur; intra columnas quidem חֹ רכתי הֹ בסו/ תוב/וקי/ ו i. e. OCTIES occurrit והיה, *ubi* ה *ſcribitur in fine vocis, legendum* ו. Ad calcem vero paginæ: h. m. חר מן הֹ מלין בחר לישן רכתבין הֹ בסוף תיבה וקרי/ ו וסימניהון והיה עקרבים דוורבה/ והיה/ ונסב לכם הגבול מנגב/ נחרל מצרים דיהודה/ והיה/ ועבר עצמונה ויצא/ בית און/ והיה/ ויהי להם הגבול לפאת/ בית חורון/ והיה/ ותאר הגבול ונסב לפאת/ בית חגלה/ והיה/ ועבר הגבול אל כתף בית חגלה: i. e. *Una* hæc eſt *de octo vocibus ejusd. originis, quæ* ה *in fine dictionis ſcriptum exhibent, per* ו *legendum: quarum loca ſunt*, והיה illud penes *Scorpiones* libri *Numerorum*, ſcil. c. XXXIV. 4. *item* והיה verſus, & *circuibit vobis terminus ab auſtro.* Qui eſt hic ipſe 4. cap. 34. Numerorum. Porro ubi *torrens Ægypti* commemoratur de ſorte *Judæ*; quod fit Joſ. XV. 4. it. והיה verſus incipientis & *tranſibit usque ad Azmon, & exibit*: (qui eſt hic ipſe modo citatus, & idem quoque exemplum). *Idipſum* והיה, *quod* ad *Beth Aven* occurrit, in verſu incipiente, & *erat ipſis terminus ad angulum*, qui eſt Joſ. XVIII. v. 12. Item והיה circa *Beth Choron*, verſu & *delineabit terminum*, & *circuibit ad angulum*, Joſ. XVIII. 14. Illud והיה, ubi mentio fit *Beth Chogla*, in verſu l. c. 19. incipiente, & *tranſibit terminus ad ſcapulam Beth Chogla.* Ex propria hypotheſi, non forent niſi *Septem*: &

insuper in duobus prioribus, quodlibet exemplum bis enarrat. Atque adeo non nisi *quinque* in universum exhibet loca. In Sectione מסעי, ad quam supra provocabat, ad Num. XXXIV. 4. intra columnas voci וְהָיָה additur: והיו קי ו: כתיי הא בסוף תיבות וקריי וויו: i. e. וְהָיוּ *legi debet. SEX scribuntur* ה *in fine vocum, que leguntur per* ו. Ad limbum dexterum, Masora textualis major idem hoc modo persequitur, / כתיב והיה וקרינן והיו וסימ/ עקרבים דוידבר / נחל מצרים ויהודה/ דועבר עצמונה/ בית און/ בית הורון/ בית חגלה: i. e. *SEXIES scribitur* והיה, *quod nos legimus* והיו; *quæ prostant* ubi de *Scorpionibus*, in *Numeris* scil. Num. XXXIV. 4. ubi de *torrente Ægypti*, sortis *Judæ*, Jos. XV. 4. ubi versus incipit *& transibit ad Azmon*; qui est locus modo citatus. it. ubi *Beth Aven* Jos. XVIII. 12. *Beth Choron* l. c. v. 14. & *Beth Chogla* l. c. v. 19. Ubi itidem unum locum bis numerat: atque adeo in universum *quinquies* saltem והיה è Criticorum dictamine וְהָיוּ legi deberet. Quæ enim exempla ad Jos. XV. 4. ex Jer. L. 6. & Ez. XXXVII. 22. his adduntur, non eandem prorsus exhibent vocem; sed היה & והיה: ac insuper alibi enarrata jam fuerant intra XIV. illa, sigillatim ad hanc classem relata; quæ recensuerat, ad Thr. IV. 17. supr. ad lit. (b) & (c). En specimen inconstantiæ *Masorethicæ*! quæ vocem, sub certa mutatione, nonnisi *quinquies* occurrentem, nunc *sexies*, modo *septies*, imò *octies* eidem subjicit mutationi. Quæ vel sola, si non *falsitas*, *certe incertitudo* efficit, ne quid *divini* eidem tribuas. De cujus proinde *confusione* ferme *inextricabili* merito conqueritur *R. Jacob fil. Chajim*, uti passim, ita ex instituto ad finem Præfationis, editioni Bibliorum Bombergianæ *Venetæ* præfixæ: allegatus à *Joh. Morino* Exercit. Bibl. de Hebr. græcique textus Sincerit. lib. II. Exerc. XXI. c. 1. §. 6. p. 556. Unde ortum trahit illa autorum *varietas*, cujus meminit *Lud. Capellus*, Crit. sacr. lib. III. c. XI. §. 10. p. m. 125. quod ה *in fine pro* ו *positum*,

neqveant [g]; ejus loco (ֵ) ſubſtituunt: ſignificaturi, (ֵ) & ו alternare invicem [h]. Ut in ſingula hîc inquiramus; nunc non eſt noſtri inſtituti. Sufficit nobis, noſtrum נצחוה ex *Maſoretharum* mente, in iſtorum contineri claſſe, quæ ה ultimum cum ו permutare debeant.

§. III.

Hoc etiam modo נִצָּחוֹה id exhibet quoque MStum ſatis vetuſtum Bibliothecæ noſtræ publicæ [i]; cum brevi annotatione קְ ו, h. e. *Vau legendum* eſſe, loco ה. Et acutiſſimus, in genio linguæ Ebraicæ inveſtigando, ejusque definienda analogia, Grammaticus Judæus *R. Dav. Kimchi* [k], quem, more ſuo, in Præfatione libelli *Michlal*

---

occurrat ſecundum Avenarium in XIX. locis, ſecundum Bomberg. in XVII. ſecundum Ar. Mont. & Eliam in XIV. ſecundum Plant. in XI. tantum locis. E quibus ſolus *Avenarius* noſter foret audiendus: quum juxta Maſoram finalem f. 23. col. 5. l. 15. ſeqq. & textualem ad Num. 34. 4. typis impreſſam, XXI. & juxta manu exaratam ad Joſ. 15. 4. prorſus XXII. inepte numerentur. *g)* ob fulcrum, literarum ordini inſerendum, Inſtit. §. 7. nr. 2. 3. *h)* juxta Inſtit. §. 26. VIII. 2.

i) Cujus *B. Glaſſius*, in Philologia ſacra aliquoties, *B. Beckii* tàm Auguſtanus, quam Ulmenſis, *B. Hähner*, Celeberrimus Dn. *Michaelis*, Hallenſium Theol. ac Lingv. Orient. P. P. Ord. meritiſſimus, pluresque alii dudum cum laude meminerunt. *k)* Cujus encomia ex parte videbis ap. *R. Sal.*

lal Jophi ingenue declarato [1], *R. Sal. b. Melech* prel-

se

---

b. Melech in *Michlal Jophi*, ejusque Epilogo. Ubi inter alia, haud longe à principio tradit, quod ipse קמחי h. e. *Farinaceus* vel Molitor, ברר הסלת מכל הספרים שקרמו אי"ת i. e. *selegerit similam*, seu farinam triticeam, *ex libris omnibus istis* (scil. *R. Judæ* Grammaticorum Principis, *R. Jonæ* fil. Ganach medici, *R. Abraham ben Esræ*, *R. Joseph Kimchii* Patris sui,) *ipsum ætate antecedentibus*: quos omnes vice haud simplici perlegerit, & in suum converterit usum. *R. Schabbetai* in limine strictturarum suarum in *Eliæ Levitæ* animadversiones ad *Kimchii* hujus *Michlol*, de eodem scribit כי הקמחי קמחו סלת ואין ברבריו פסולת h. e. *quod Kimchii hujus farina sit similaginea, in cujus verbis nihil sit furfuris.* Unde eidem accommodasse dicuntur omnes ejus posteri illud *R. El-asaris filii Asariæ in Pirkè Avoth* c. III. θ. 14. אם אין קמח אין תורה *si non datur farina, non erit Lex*: hoc sensu, *si Farinaceus* vel Kimchi ille *non foret*; *non esset Lex*, intellectui scil. exposita. Nemo eam intelligeret. Apud *R. Sal. b. Melech* in Præfat. *cit. Michlal Jophi* post medium. Speciatim quoad *Masoretharum* dogmata idem de eo tradit in *Epilego* cit. f. 218. c. 1. l. 26. sqq. מי כמוהו מורח/ מי לנו בקי בספרי המסורה כמוהו/ מי טרח לבקש כל הספרים המדוייקים אשר היו נמצאים בספרד כמוהו/ ואפילו הספר הירושלמי אשר סמך עליו רבי יוכח ז"ל בא לידו i. e. *Quis Doctor cum ipso aquiparandus? Quis inter nostrates æque exercitatus fuit in Scriptis Masoræ, ac idem ipse? Quis tanto molimine conquisivit codices omnes accuratiores, quotquot inventi fuerunt in Hispania, perinde ut ipse? Cum & codex ille Jerusalymitanus, cui R. Jona p. m. sua superstruxit dogmata, in ejus manum pervenerit.* Quibusd. interjectis ait: מי נתן פנים אל הכתוב ופירש אותו כמו הקרי זולתו/ i. e. *ecquis animum unquam applicuit ad* כתיב, *idque explicuit, perinde ac Keri, præter ipsum?* Unde nil temere ab ipso pronunciatum fuisse, præsumitur. /) circa fin. scribens: בשתראה

le ſequitur [m], ad eam annotat[n]: *ſcribitur cum* ה; *ſed legitur cum* ו: *eodem modo, quo* Deut. XXI. 7. *dicitur,* *manus noſtræ non* שָׁפְכוּ *effuderunt, & quæ huic ſunt ſimilia* alia. Quod *Don Iſaac Abrabbanel* in hoc cum reliquis conſentiat; eo minus dubitandum, quo certius hoc ipſum exemplum in fronte demonſtrationis promiſſæ collocat [o]: ad evincendum, נִצָּחוּ in *Cethib* inventum, per Eſram ejusque ſocios, mutandum fuiſſe in נִצָּתוֹן.

§. IV.

De cauſa mutationis mandatæ non diu inquirendum. Omnium oculis ac intellectui ſe offert *erroris ſuſpicio:* ſive autoris culpa illapſum, cum ABRABBANELE [p] dixeris; ſive librariorum adſcripſeris corrupte-

---

אומר והנכון או ובפירוש תדע שחוזר מהרדק כי ממנו עשיתי עיקר בכל זה ועליו נסיתי קווי *i.e. ubicunque videris me dicentem, ſed rectum eſt, aut, in ejus vero Commentario; ſcias, quod id à R. David Kimchio* ſit mutuatum. *Utpote à quo fundamentum deſumſi in toto hoc negocio: & juxta eum meum appendi perpendiculum.* Quod &, verbis licet aliis, in limine Epilogi citati, & in ipſo progreſſu ubivis profitetur.

m) iisdem prorſus verbis. *n*) וכתיב בהא וקרי בויו כמו וירינו לא שָׁפְכוּ והרומים לו

o) Præfat. in *Jeremiam*, f. 96. c. 4. l. 11. ſeqq. translata jam c. l. *Sincerit. Script.* V. T. *vacillant.* § 33. 34. p. 110. circa fin. & p. 111 in notis.

p) Cujus verba in *Præfat.* ad *Jerem.* f. 96. c. 4. l. 11. ſqq. ita ſonant: והנה רוב הקרי והכתיב שבא בספר ירמיהו זה

ptelæ q). In quacunque quippe lingva receptum eſt, ut *Verbum* finitum cum *Nominativo* præmittendo, ceu prædicati iſtius ſubjecto, *in eod. Numero ac perſona*, &, ſicubi in Verbis quoque Generis datur diverſitas, ut pleris-

---

כשתעיין בכ״ב ובעניינם תמצא כולם שהם מזה המין שכתבם ירמיהו כן בטעות ובשגגה ובא עזרא ופירש כשכתב אותו מבחוץ כפי הלשון והכתיבה/ כי הנה אמר עריו נצתה ובא עזרא וראה שמלת נצתה לא תפול על הערים הרבים וכתב נצתון Quæ cap. I. cit. §. 33. p. 110. & §. 34. p. 111. ita reddidi: *Ecce enim, ſi pleraque* exempla *Keri & Cethib, quæ in hoc Jeremiæ libro copioſe occurrunt, conſideraveris, eorumque naturam; deprehendes, ea omnia ex hac proveniſſe ſpecie. Quod* ſcil. *JEREMIAS EADEM ITA SCRIPSERIT PER LAPSUM ET ERKOREM: & ſupervenerit Eſra, & expoſuerit, explicatione margini adſcripta, juxta linguæ indolem & ſcribendi modum. Ecce enim dixerat* c. II. 15. עריו נצתה i. e. *urbes ejus incenſa eſt. Cum autem ſuperveniret Eſras, & videret, quod vox* נצתה *non quadraret in* הערים *plurale maſculinum; ſubſtituit ejus loco* נצתו, quod idem eſt, ac *incenſæ ſunt.* q) Ut plerique: interque eos primum ipſe RICHARD SIMON l. c. p. 26. poſt med. verbis: *Probabile admodum eſt. eos longe falli, cum quæ vitia vocant, in Eſræ codicibus rejiciunt. Exſcriptorum ipſorum incuriam accuſare præſtat, quam eos, qui Scripturæ corpus, quod Canonicum dicimus, confecere.* Et p. 27. poſt med. *Seu vitia iſta ita à Judæis dicta, corruptorum Eſræ codicum ſint, uti putant Rabbini; ſeu, quemadmodum nos putamus, Exſcriptorum.* Mox tamen adjicit: *Quædam tamen ſunt, quæ Scripturæ ipſis Breviatoribus adſcribenda ſint potius, quam Exſcriptoribus.* Per

risque Orientalibus, etiam in hoc *conveniat* [r]. Quæ conformitas hic negligitur. Præcedit enim עריו, Nominativi ſeu ſubjecti locum ſuſtinens, quod notam Pluralitatis, (non quidem maſculorum, ut *Abrabbanel* [s] loquitur; niſi ſolam formam intellexerit, vel illis ſe locis defendere auſit, in quibus עיר etiam in maſculino conſtruitur [t],) in litera ו Suffixo præmiſſa omnibus conſpiciendam gerit, ad ſignificandum *urbes ejus.* Cui deinceps נצתה reſpondet, palam ſingulare, idem denotans ac *combuſta eſt.* Conjunctim *urbes ejus combuſta eſt.* Per manifeſtam Conſtructionis *imparitatem*: quam inter ſuos occurrentem, *Solœciſmum* alii vocare [x] conſveverunt; vetuſtiores latini, GELLIO teſte [u], *ſtribiliginem.* A qua Verſiones omnes hic abſtinuerunt. LXX. Intt.

iſtos Prophetas intelligit, quorum ait, officium fuiſſe, ut Annales publico Reipublicæ nomine conſarcinatos, in compendium redigerent. Et brevi poſt *Jeremiæ* id applicat, verbis partim ſupr. p. 10. citatis. *r*) Vid. *Interpr.* §. 79. l. *s*) verbis ad (p) cit. p. 19. 20. *t*) Cujusmodi Jeſ. XIX. 18. 19. coll. Gloſſacod. *Menach.* f. 110. a. l. i. c. XXVII. 10. Jer. VI. 6. c. 48. 15. *u*) Noct. Attic. lib. V. c. 20. *x*) *Ariſtot.* de Sophiſt. Elenchis lib. I. c. 3. oper. tom. I. p. 399. D. ſeqq. *Lucianus* in *Nigrino* p. 39. & Dial. Vitar. auctio. p. 384. tom. I. Oper. *Plutarch.* Sympoſ. l. VIII. c. 9. *Chryſippus* ap. Plutarch. de Stoic. Repugnant. *Dionyſ. Halic. Juvenat.* Satyr. VI. v 455. *Fabius* Inſtitut. Orator. lib. I. c. 9. p. 34. ſeqq. ſæpiſſime. *M. Annaeus Seneca* Procem. lib. IV. Controv. qui vulgo nonus. Autor *Rhetor.* ad *Herennium* lib. IV. ipſe *Gellius* lib. I. c. 7. nec non *Martialis*, & *Auſonius.*

αἱ πόλεις αὐτῆς κατεσκάφησαν [y] transtulerunt; JONATHAN *b. Uſiel* קרוהי צדין i.e. *civitates ejus deſertæ ſunt*; & HIERONYMUS *civitates ejus exuſtæ ſunt.* Quos ſequuntur recentiores omnes [z]: nulla Verbum in ſingulari exhibet.

§. V.

Quo minus enim illam in Ebræo extantem locutionem, ob frequentem penes Græcos *Atticiſmum*, quo *Neutra pluralia cum Verbis conſtruunt ſingularibus*, ab invidioſo *erroris* ac *ſolœciſmi* cognomine eximas; EUSTATHII efflagitat annotatio [a], *Pindaricum ſchema* vocantis, ſi quis ita loqui ſatagat. Et certe græcus *Pindari* Scholiaſtes, quem DEMETRIUM dicit *Erasmus Schmidius* [b], non veretur ſcribere [c], *vetuſtiorem nemi-*

nem

---

y) i. e. *& civitates illius deſtructæ ſunt.* z) *Pagn. Vatabl. Caſtal. Tigur. Jun. & Trem. Piſcat. Luth. Belgæ* &c.

a) Ad Iliad. P. ſeu lib. XVII. v. 386. ſeqq. p. 1110. l. 50. ſeqq. Edit. Rom. ὅρα καὶ ὡς ἐπήγαγε τοῖς τῶν διαφόρων γενῶν πληθυντικοῖς ὀνόμασι τὸ παλαίσασα ὁ ῥῆμα ἑνικόν. Καὶ φασὶ, Πινδαρικὸν τὸ ῥῆμα οἱ παλαιοί. οὐχ ὅτι Πίνδαρος ἔυρεν αὐτὸ, τῆς γὰρ Ὁμήρου μεταλλάξας καὶ τοῦτο ἐκεῖνος ἐπέρδανεν, ἀλλ' ὅτι διαδεξάμενος καὶ ξηλώσας, κατεχρήσατο. b) Comment. ad *Pindari* Olymp Od. XI. p. 280. *Joh. Alb. Fabric.* Biblioth. gr. Part. I. lib. II. c 15. § 5. p. 534. Scholia in eum græca collecta ait, à *Thoma Magiſtro*, & *Demetrio Triclinio*, ex commentariis deperditis variorum, *Ammonii*, *Ariſtarchi*, & ejus diſcipuli *Ariſtodemi Alexandrini*. c) p. 137. Editionis

nem, ante Pindarum, *Scriptorem, nec recentiorum ullum* unquam ausum fuisse, *Pluralibus masculini vel fœminini Generis Verbum adjungere singulare: quæ constructio in solis Neutris obtineat.* Unde & ipse Scholiastes omnem movet lapidem [d], ut & *Pindarum* ab hoc *Solœcismo* liberet. Quod & *Schmidius* laudatus cum cura egit [e]: & loca, in quibus occurrere putatur, *in corruptionis* potius suspicionem trahit; quam ut Scriptori, ob *mellifluam* styli elegantiam ac venustatem, undiquaque celeberrimo, tam insolitam tribuat locutionem. Quam ne quicquam excusat TIBULLI *nobis merenti* [f], aut CATULLI *insperanti nobis* [g]; multo minus MARONIS *vos ô Calliope* [h]! ad quos JOS. SCALIGER [i] pro-

---

Oxon. ὑμεῖς ὅτε τῶν προγενεστέρων, ὅτε τῶν ἐπειτα, ἐν τοῖς ἀρσενικοῖς καὶ θηλυκοῖς ὀνόμασι, τῷ ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο, ὥΣΠΕΡ ΟΥΤΟΣ.

d) Pergit enim l. c. ἡμεῖς δὲ, εἰ καὶ μὴ ἐν ἄλλοις, ταυτηνὶ τὴν παρανομίαν ἔτι ἐποίει, εἴπομεν ἄν, πρὸς τὸ πιθανὸν ὄρνιν ἀποδιδόναι τὸ τέλεται, ἔτως. οἱ μελιγάρυες ὕμνοι ἀρχαὶ καὶ προφάσεις τῶν ὑστέρων ὑπὲρ αὐτοῦ λόγων. καὶ πιθανὸν ὄρνιον τέλεται ταῖς μεγάλαις αὐτοῦ ἀρεταῖς. Conf. *Erasm. Schmid.* l.c. & Editor. Oxonienſis Editionis, p. 133 in Notis. *e*) ad l.c. *f*) lib III. Eleg. VII. v. 23. *Perfida, nec merito nobis inimica merenti.* *g*) Ad Lesbiam, Epigr. CVIII. v. 5.

Restituis cupido, atque insperanti ipsa refers te Nobis.

h) Æn. lib. IX v. 525.

Vos, ô Calliope! precor, adspirate canenti. *i*) Notis

provocat: aut illud HOMERI *vos inclyte Ulysses* [k]! à *de la* CERDA, [l] in ſubſidium vocatum. *Virgilius* enim præcipuam Muſarum, juxta HESIODUM [m], nominat, Carmina compoſiturus Heroica, quibus iſta præerat [n]; omnium ſimul opem implorans, verbis, *precor*, ADSPIRATE *canenti.* In quibus *adſpirate* cum *vos* conjungitur, ſatis harmonice. *Homerus* autem ſocios ULYSSIS, de quibus in præcedentibus [o] cecinerat, ſimul includit; eorumque intuitu etiam pluralem ἰθύνετε *dirigitis*, cum ὑμεῖς conjungendum, adhibet: locutione noſtræ, quæ ſingularem plurali jungit, prorſus contraria. *Catulli* autem ac *Tibulli* Enallage pluralis pro ſingulari, quotidiana eſt, nil peculiare inferens, ſed ſignificationem *unici* religioſe ſervans: atque adeo cum noſtro exemplo prorſus non conincidit, utpote

in

---

ad *Tibulli* l. c. v. 81. 82.

Νῆα παρὰ γλαφυρὴν ἰθύνετε Φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ

i. e. - - *Qua vos quidem*

Navem ad cavam dirigitis, inclyte Ulysses!

k) *Odyſſ.* μ. ſeu libr. XII. ἦπερ ἂν ὑμεῖς

l) Comment. ad Virg. l. c.

m) Theog. v. 79. ſeqq.

Καλλιόπη θ', ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.

ἥ μὲν γὰρ βασιλεῦσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

i. e. *Calliopeque. Hæc autem præſtantiſſima eſt omnium.*

Hæc enim & Reges venerandos comitatur.

n) Virgil. in Epigr. *Carmina Calliope libris Heroica mandat.*

o) Odyſſ. μ. v. 9. 47. 53. 55. &c.

in quo *urbes una plures* evidenter includuntur [p]. Et quod de perſonis loquentibus uſu receptum eſt, non ilico ad *res quascunque* trahi debet, errori facile obnoxias; à quo perſonæ loquentes ſeipſas eximunt.

§. VI.

Si quis opinaretur, *Librariorum forte incuria* ה pro ו irrepſiſſe: quod ductum ſuperiorem transverſum vel declivem literæ ו, in MSto longius non nihil ſolito protraxerint; puncto ventri ejus inſcribendo in pedem literæ ה ſiniſtrum degenerante. Conjecturæ huic conſtans antiquorum omnium codicum obſtat conſenſus. In uno quidem & ad ſummum altero deſcribendo, tale quid ſcribæ non ſatis advertenti potuiſſet accidere; omnibus autem circa eandem ejusdem vocis literam idem eveniſſe, non facile cuiquam perſvaſeris. Accedit, quod omiſſis punctis vocalibus, pro more olim recepto, etiam *ſeburek* non inveniat locum, quod in lineam, ut hodie feſtinanti ſæpe evenit, protrahi potuerit. Et, ſi ſcribarum introductum fuiſſet incuria; nec *Eſras* in tex-

p) Sive *aliquot* intelligendas dixeris, juxta Int. §. 10. II. ſive verius *unamquamque* iſtarum, juxta §. 80. II. 1. Cum & ibi vis pluralis non prorſus extinguatur, ubi Jud. XII. 7. *Jephta* ſepultus dicitur בערי גלעד in *urbibus*, h. e. QUADAM *urbium Gilead*, Conf. Diſſert. noſtra I. in Gen. I. 26. §. 27. p. 65. ſqq.

tu id toleraſſet, nec ulli iſtorum, qui poſt eum Scriptu-ram recognoviſſe cenſentur [q]. Qui *tres* iſtos *codices*, quos *in atrio templi* Jeruſolymitani proſtitiſſe narrant Talmudici [r], conſuluerunt, veram ex illis lectionem è conſenſu duorum expreſſuri: nihil ad marginem reje-ciſſe dicuntur; ſed id unice retinuiſſe, in quo duo con-veniebant codices: diverſa unius codicis lectione repro-bata penitus, & eliminata. Alii *Legis Reſtauratores* Tal-

---

q) *Quintuplicem* Scripturæ *recenſionem* commemorant Judæi: *primam*, per Eſram ac collegas, quos viros Synagogæ ma-gnæ vulgo appellare ſolent: *alteram* per R. Judam, ſanctum cognominatum, autorem Miſchnajoth: *tertiam* per auto-res Talmudis, ſeu utriusque Gemaræ: *quartam* per Ma-ſorethas: & quintam, per Grammaticos tam Orientales, quam Occidentales, ben Aſcher, & ben Naphtali. Quos hoc ordine recenſet *AbenEſra*, circa principium libri à ſe conſcripti מאזנים dicti. Verba prolixiora, quam ut hic allegentur, extant apud *Joh. Morinum*, Exercit. Bibl. de Hebr. Græcique text. Sincerit. lib. II. Exercit. XII. c. 7. p. 411. quamvis non ſatis à mendis purgata.

r) in Cod. *Taanith* Jeruſol. ad cap. IV. θ. 2. f. 68. col. 1. l. 40. ſeqq. Edit. Venet. & Cracov. שלשה ספרים מצאו בעזרה ספר מעוני וספר זעטוטי וספר היא/ באחד מצאו כתוב מעון אלהי קדם/ובשנים כתוב מעונה אלהי קדם/וקיימו שנים ובטלו אחד/באחד מצאו כתוב וישלח את זעטוטי בני ישראל ובשנים כתוב וישלח את נערי בני ישרא/ וקיימו שניים וביטלו אחד/ באחד מצאו כתיב תשע

היא/ ובשנים כתוב אחת עשרה היא/ וקיימו שנים ובישלו אחר/ i. e. *tres invenerunt codices in Atrio* Templi; *codicem* מעוני cognominatum, item *codicem* זעטוטי vocatum, & *codicem* היא. *In uno invenerunt ſcriptum* מעון אלהי קדם Deut. XXXIII. 27. *in duobus autem ſcriptum erat* מעונה אלהי קדם: *confirmarunt itaq; duos codices* conſentientes, & *unicum rejecerunt.* Similiter *in uno invenerunt ſcriptum*, & *miſit* זעטוטי, h. e. *Magnates filiorum Iſraël; in duobus autem ſcriptum erat* Exod. XXIV. 5. *& miſit juvenes filiorum Iſrael. Confirmarunt itaque duos, & unicum rejecerunt.* Porro *in unico invenerunt ſcriptum* השע היא *novem illa; in duobus autem ſcriptum erat, undecim illa.* (Autor Commentarii in Editione Cracovienſi cc. finem putat, reſpici ad Gen. XXXII. 23.) *Igitur confirmarunt duos; & unicum rejecerunt.* In tractatu *Sopherim Bab.* cap. VI. θ. 4. hæc ſententia *R. Simeoni filio Lakiſch* tribuitur, (qui ex latrone Doctor evaſiſſe dicitur celeberrimus, occaſione in *Bava mezia* enarrata fol. 84. *a.* l. 33. ſqq. coll. Gloſſa ad lin 38.) iisdem ferme verbis, niſi quod pro מצאו dicatur נמצאו *inventi fuerunt*; & pro זעטוטי per ע, ſcribatur cum א, ואטוטי; atque pro תשע היא, eodem numero, qui in duobus expreſſus dicitur, ſervato, mutatione in ſolo Genere facta, הוא אחר עשר. Supervacaneum itaque videtur, etiam illud adjicere. Partem hujus ſententiæ in libro, ex ipſorum opinione, duobus memoratis longè antiquiore ספרי *Siphre* dicto, afferunt ad Sect. זאת הברכה fol. 63. c. 1. l. 2. ſeqq.

שלשה ספרים נמצאו בעזרה אחד של מעוני/ ואחד של היא היא ואחד שנקרא ספר זעטוטים/ באחד כתיב מעון קדם ובשנים בתיב מעונה אלהי קדם/ ופיטלו חכמים את האחד וקיימו השנים/ i. e. *tres in atrio inveniebantur codices, unus vocis* מעוני, *alter fœminini* היא, *& ter-*

Talmudicis vocati [s], HILLEL Babylonius, & R. CHIJA ejusque filii, plus sensum *Legis restaurasse* videntur, quam

---

& tertius liber ועטומים, h. e. *Magnatum, vocatus. In uno scriptum erat* מעון קדם. *in duobus autem* מעונה *extabat.* אלהי קדם *Repudiarunt ergo Sapientes istum solitarium, & duos* inter se consentientes *confirmarunt.* Unde iisdem prorsus literis hæc repetuntur in *Jalkut* Simoni, ad Sect. cit. Deut. 33. 17. §. 963. fol. 312. c. 4 l. 11. seqq. Ad utrumque etiam *Talmudis* locum provocat *R. Asarias in Meor Enajim* l. III. אמרי בינה cap. VII. f. 46. a. l. 15. seqq. & simul allegat *R. Mosen Nachmanidem* in Responsis suis cap. 232. ac *Bar Schesscheth* in suis itidem Responsis cap. 284. iisdem Testimoniis suam corroborantes sententiam. E Christianis eadem adducunt *Joh. Morinus* l. c. lib. II. Exerc. XXI. cap. 3. §. 2. seqq. p. 561. seqq. & *Joh. Lightfoot*, Horis Hebr. ad Matth. V. 18. p. 361. Edit. Lipsi. A. C. 1684.

s) Cod. SUCCA f. 20. a. l. 26. seqq. אמר ריש לקיש הריני כפרה ר' חויא ובניו שבתחילה כשנשתכחה תורה מישראל עלה עזרא מבבל ויסדה חזרה ונשתכחה עלה הלל הבבלי ויסדה חזרה ונשתכחה עלו ר' חויא ובניו ויסדוה i. e. *Resch Lakisch docuit, en me expiationem pro R. Chija, ejusque filiis. Quoniam à principio* quidem *cum Lex oblivioni tradita fuisset ab Israëlitis, Esras* ad eos *è Babylonia ascendebat, eamque restaurabat. Cum denuo oblivione opprimeretur; Hillel ascendebat ille Babylonius, ac reparabat eandem. Qua rursus oblivioni tradita, ascenderunt R. Chija, ejusque Filii, ac restaurarunt eam.* Quomodo ista de *Hillel* hic enarrata intelligi debeant, prolixe refertur in cod. PESACHIM ad cap. VI. §. 1. in *Gemara* f. 66. a. l. 9. sqq. De opera per *Esram* quoad Legem reparandam præstita, vid. Cod. *Sanhedr.* f. 21. b. l. 37. seqq. coll.

quam veram ejus lectionem: cujus cura Criticis [t] erat commissa. Ridicula autem foret Criticorum recensio, quæ id in serie orationis reliquisset, quod è Scribarum incuria credidissent illapsum. Unde sequitur, quod lectio ista inter reliquas sermonis voces in omnibus servata codicibus, primo librorum autori, & hæc nostra *Jeremiæ ipsi* adscribenda veniat; in cujus honorem tam religiose fuit retenta. Quæ si quid vitii contineret, in *Jeremiam* ipsum id retundaret; non in Scribarum oscitantiam. ABRABBANELEM certe jam vidimus [u], scribentem בטעות ובשגגה *per lapsum atque errorem* id ei excidisse. Quæ sententia & Masorethas corripuisse videtur: quia commodam corrigendæ ejus occasionem nacti, vocem mutandam censuerunt; ut cum suo conveniret subjecto. Suppeditabant hanc literæ והוי, facile inter se permutabiles [x]. Unde judicarunt, ה cum ו permutandum fore, ut ex singulari נִצַּתָה fiat pluralis נִצְּתוּ, *combustæ sunt*, constructione omnibus approbata.

En Jacob f. 69. col. 2, ad cod. *Megilla*. *i*) Apud *Aben Esram* ordine enarratis, secundum dicta ad literam (q), p. 26. *u*) supr. ad §. 4. lit. (p), p. 19. seqq.

x) Vid. *Institut.* § 3. Obs. 2. Ebræi efferunt הן אותיות והוי, qua regula Masorethæ in infinitis locis sunt abusi.

§. VII.

Sed abſit hæc temeritas, ex impio reſultans præjudicio. *Eſſet* omnino, (verba ſunt QUINTILIANI [y],) *omne ſchema vitium, ſi non peteretur; ſed accideret. Verum autoritate, vetuſtate, conſvetudine plerumque defenditur; ſæpe etiam ratione quadam. Ideoque cum ſit à ſimplici rectoque loquendi genere deflexa, virtus eſt; ſi habet probabile aliquid, quod ſequatur. Una tamen in re maxime utilis; ut quotidiani & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium levet, & nos à vulgari dicendi genere defendat. Quo ſi quis parce, & cum res poſcet, utetur; velut aſperſo quodam condimento, jucundior erit.* Nullus itaque in *Jeremia* hic * error deprehenditur, aut *ſolœciſmus*. Quia nihil ei non advertenti excidit; ſed ex deliberato & prudenti conſilio, ſingularis נצתה plurali ערין jungendus, à Deo ipſo inſpiratus, & à Jeremia fuit conceptus. Ut longe efficacius ſignificaret; quam ſi numero inter ſe convenirent.

Ebrai

---

y) *Inſtitut.* Orator. lib. IX. cap. 3. p. m. 517.

*) nec unquam alibi. Id quod multis evincere conatur R. JACOB fil. *R. Chaijim* in Præfat. Bibliis Rabb. Bomberg. & Buxt. præfixa, col. 3. l. 39. ſeqq. Nec minus vehementer in *Abrabbanelem* hoc nomine invehitur nuperrimus Judæorum *Grammaticus* R. SALOM. *f. R. Judæ Löw*, in בניין שלמה Præfat. III. circa fin. f. 5. a. poſt med. & b.

Ebræi [z] quippe, perinde ac Græci latinique [a], *Conſtructiones ſuas nunc externæ accommodant formæ; nunc ſenſui, quem intendunt.* Quod adeo ſolenne ipſis eſt, ut haud raro in una eademque Propoſitione utriusque exprimant veſtigia [b]. Hinc quisquis paulo intimius linguæ indolem introſpexerit; inveniet, præter laudatam *convenientiam* in externa fundatam *formæ*, non minus uſu receptum fore, ut nunc *Nomini plurali Verbum*, (vel adjectivum, aut pronomen) *reſpondeat ſingulare*; nunc *ſingulari Nomini Verbum*, adjectivum vel pronomen, *plurale*: ad definitam utrinque ſignificationem determinandam. Hoc in *Collectivis* nominibus, quæ ſub forma etiam ſingulari plures inferunt, contingit [c]. In quibus, quo-

---

z) conf. *Interpr.* §. 5. II. a) De quibus vid. VOSSIUS *Ariſtarchi* lib. VII. c. 3. ſqq. & FRANC. SANCTII *Minerva*, toto lib. IV. cum doctiſſimis Notis JAC. PERIZONII ad eund. b) Gen. VII. v. 22. כל אשר נשמת רוח חיים באפיו מכל אשר בחרבה מתו ubi Suffixum ו vocis באפיו ſingulare, cum objecto ſuo כל, quoad *formam* coincidit; quo cum plurale מתו quoad ſenſum convenit: Gen. XI. 6. עם אחד ושפה אחת לכלם וגו׳ quando Collectivo עם, *populum* ſignificanti, ſingularis אחד *unus* jungitur; conſtructio formæ accommodatur: quæ in Suffixis pluralibus, ac Verbo ejusd. Numeri, *ſenſum* ejus reſpicit, *collective* ſumti, juxta *Interpr.* §. 81. 1. Conf. Exod. XVII. 3. c. XXXIII. 4. 5. c. XXXIV. 12. 13. Num. XXI. 7. Deut. II. 21. c. IV. 10. Jer. XLVIII. 12. 13. 15. 20. &c. c) Vid. *Interpr.* §. 81. 1.

quoties conſtructio non formæ, ſed ſenſui accommodatur, *Syntheſin*, (quaſi *Compoſitionem* diceres,) recentiores eam vocare, VOSSIUS aſſerit [d]; qui tamen rectius *Syneſin* ſeu *intelligentiam* appellandam cenſet. Quia *conſtructio non ratione ejus, quod dicitur, congruat; ſed quod intelligitur.* Illud in Nominibus naturæ diverſiſſimæ, non tantum *Dominium ſignificantibus* אדון atque בעל [e], ad quæ hic prorſus non attendimus, obtinet: in quibus *aliud ſimul comprehenditur cum eo, quod voce profertur.* Unde & communiter *Syllepſin Numeri* vocare conſveverunt *Sanctius*, &, qui cum eo faciunt, *Sciopp ius* atque *Perizonius* [f]: qui hanc appellationem etiam ad claſſem præcedentem extendunt. Noſtratium plurimi termino generali vocant *Enallagen numeri* [g]: quæ hunc tamen habeat effectum, ut *diſtributionem* inferat [h] pluralibus, vel *partitionem*

---

d) l. c. c. 3. p. 369. a. ant. med. it. c. 5. p. 371. b. ant. med. *e*) De quibus *Interpr.* §. 10. I. *f*) l. c. ad (a) cap. X. p.m. 716. VOSSIUS l. c. c. 4. p. 369. b. *g*) Quos ſecutus, formavi *Interpr.* §. 161. *h*) Ita loquitur B. MART. GEIERUS ad Pſal. VII. 3. *ubi ſalva me ab omnibus perſecutoribus meis, ne* DILANIET, ſcil. *quivis* vel *ullus meorum* perſecutorum *animam meam. Hanc namque diſtributionem poſtulat Enallage Numeri; ubi nomini plurali ſubjicitur Verbum ſingulare.* Similia ſunt Exod. XVII. 12. XXXI. 14. *Coh.* II. 7. 1. Sam. XVI. 4. hinc *Luth.* daß ſie &c. Quod & repetit ad Pſ XXXVII. 31. & provocat ad Eccl. X. 1. ubi verba ejus, utut paulo pro-

nem [i]; cujus intuitu etiam μερισμὸς dici queat, qui in אלהים cum ſingularibus connexo, ſæpe locum invenit.

E §. VIII.

---

lixiora, dignissima quæ legantur. *Muſcarum mortuarum* vel una efficit, *ut fœtorem eructet ungventum pigmentarii.* Innuitur *diſtributio*: muſcarum *lethiferarum* unaquæque, vel etiam *unica*, *ſi illabi eam* in balſamum non ſatis ſolicite aſſervatum patiaris, *totum illud vitiabis turpiter, atque ex bene fragranti efficies graveolentiſſimum.* Ita ſi exiſtat quoque vir, ob ſapientiam & dignitatem ſuam, inſtar balſami fragrans ac pretioſiſſimus: vel ſi exiſtat aliquod à ſapiente effectum opus, ſapientia ac dignitate ſua ſatis pretioſum: accidat vero ex Sapientis negligentia, Satanæve (tanquam infernalis Beelzebubi & muſcarum domini) malitia, ut parum ſtultitiæ à Sapiente committatur; ipſo vel circa verum agnoſcendum, vel circa bonum faciendum, malumque fugiendum, aberrante: tunc ſane unà fama hujus Sapientiæ fragrantiſſima Eccl. VII. 1. vertetur in turpem ignominiam, priorque ſplendor totus facile obnubilabitur. Verba Prov. XIV. 1. חכמות נשים בנתה ביתה transfert *unaquæque Sapiens mulierum ædificat domum ſuam.* Et addit: *ſic namque Ebræus exprimi debet IDIOTISMUS. Ubi obſervante etiam R. Levi, ſapientes mulierum ædificat, idem eſt, ac, unaquæque ſapiens mulier.* B. SEB. SCHMIDIUS ad verba Jer. IV. 14. quousque תלין *pernoctabit in medio tuo* מחשבות *cogitationes*, annotat, תלין *eſt alias pernoctare: ſed latius uſurpatur, pro commorari. Ponitur autem in ſingulari, cum* ejus Nominativus מחשבות *cogitationes*, pluralis ſit. Uſitata Scripturis *Enallage*: *cujus ſimul officium eſt, diſtribuere; q.d. usque quò commorabitur* quævis *cogitationum.* Tranſitiva vocis תלין explicatio *Kimchiana*, per *pernoctare finis*, & uſui ejus repugnat, & contextui: juxta quem dici debuiſſet תלינו i) Conf. idem *Schmidius* Exercitat.

§. VIII.

R. DAV. KIMCHI curioſiſſimus ille rei Grammaticæ indagator, *Idioti ſmum linguæ* vocat, *in quampluri-mis uſitatum locis* [k]. Cui melius explicando præmittit, *formam* illam, ſeu *indicium pluralitatis tam in Verbis quam Nominibus ac Pronominibus*, haud raro *in unicum ſaltem cadere* [l], ſub pluribus comprehenſum. Copioſis hoc aſſertum comprobat exemplis [m]. Quibus B. noſter GLAS-

---

Theol. I. de præcipuis Dei nominibus, §. 28. p. 30. 31. examinatus à nobis Diſp. I. in Gen. I. 26. §. 26. p. 59. ſeqq.

k) In *Michlol* f. 3. c. 3. l. 44. ſqq. Edit. Ven. *Bomberg.* A. M. 304. Chriſti 1545. כאשר יבוא לשון יחיד על רבים או לשון רבים על יחיד הוא דרך קצרה והוא מנהג הלשון הנוהג בהרבה מקומות i.e. *Quando ſingularis plurali jungitur, aut pluralis ſingulari; compendioſa eſt locutio, quæ* IDIOTISMUM *linguæ conſtituit, in* QUAM PLURIMIS USITATUM LOCIS. *l)* Ibid. l. 36. 37. ופעמים יפול כנוי הרבים על אחד מהם/ *m)* Modo dictis enim ſubjungit: כמו ונגפו אשה הרה ויצאו ילדיה ונגף אחד מהם/ כי אם יפולו אם ופול אחד מהם/ וכן באש ישרפו אותו ואתהן/ את אחרת מהן והיא אשר לקח בעבורה/ וכן בשתים תתחתן בי היום באחת משתים/ אל ירכתי הספינה על אחת מהירכתים/ ויקבר בערי גלעד באחת מערי הגלעד/ ועל עיר בן אתונות בן אחרת מהאתונות והדומים להם/ וכן על מזוזת ביתך על אחת המזוזות לפי הקבלה/ i.e. *interdum nota, vel determinatio pluralitatis unum ſaltem iſtorum tangit: ut, cum dicitur* Exod. XXI. 22. &

GLASSIUS pauca alia adjicit, è Verbis [n] non minus, quam de Nominibus [o], Pronominibus.

PERCUSSERINT, h. e. unus iſtorum percuſſerit *mulierem praegnantem*: it. Eccl. IV. 10. *nam ſi* CECIDERINT, i. e. ſi unus *iſtorum ceciderit*: *atque ita* Lev. XX. 14. *Igne comburant ipſum, atque* EASDEM, h. e. *iſtarum* unam, *illam* ſc. *quam cum transgreſſione duxerat*: ſimiliter 1. Sam. XVIII. 21. *per* DUAS, i. e. unam *è duabus, affinitate te devincies mecum hodie*: Jon. I, 5. *ad* LATERA *navis*, i. e. *ad* alterutrum *è duobus lateribus*; Jud XII. 7. *& ſepultus fuit in* URBIBUS, h. e. quadam *urbium Gilead*: *Zach. IX. 9. & ſuper pullum* ASINARUM, i. e. unius *aſinarum, & quæ ſunt his ſimilia. Cujusmodi eſt* illud, Deut. VI. 9. *ſuper* POSTES *domus tuæ*, h. e. unum *poſtium, juxta Traditionem* ad nos propagatam. *n*) *Philol. ſacr.* lib. 3. tract. 3. can. 51. p. 658. (A. 391). Job. XVIII. 2. *quousque* תשימון *ponetis fines ſermonibus?* תבינו *inſtruetis? ut poſtea loquamur.* Solum alloquitur Jobum, indigne ferens, quod ſolus loqui velit, reliquis ſilentium veluti indicens. Gen. XXXIV. 27. quia טמאו *polluerant*, i. e. aliquis iſtorum *polluerat*, Principis ſcilicet filius: cujus factum toti tribuitur civitati, juxta illud, *quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi*: Joſ. VII. 11. toti Iſraëli adſcribitur, quod *transgreſſi fuerint fœdus, ſurripuerint de anathemate devoto, furati ſint, occultarint, & poſuerint inter ſupellectilia ſua*; quod unus iſtorum *Achan*, ſolus perpetrarat. Ez. XLVI. 10. *& exeuntibus iſtis* יצאו *exibunt*, ſolus *Princeps*, de quo ſermo in præced. *o*) l. c. tract. l. can. 27. p. 444. ſqq. (A. 95.) in quibus *Ellipſin* diſtributivi אחר vel אחרת agnoſcit. v. g. Gen. VIII. 4. *arca requieviſſe* dicitur ſuper הרי אררט *montibus*, i. e. aliquo *montium Ararat*: Amos VI. 10. *dixit ei, qui erat* בירכתי *in lateribus*, h. e. alterutro *laterum domus*: Pſ. I. 3. *arbor plantata ad*

que [p] collecta. Quos ego autores ſecutus, jam olim *Enallagen*, certam quoque ſignificandi vim inferentem, enarraturus, hanc formavi regulam [q]: *Pluralis pro ſingulari quandoque ponitur, tam in Verbis, quam Nominibus; ut nullam deſignet eminentiam: ſed indefinite pluribus*, vel omnibus *tribuitur, quod eorum uni*, vel aliquot *convenit*. E multitudine exemplorum in notis adductorum, veritatem aſſerti ſufficienter probabunt, è *Verbis* quidem, illud יִהְלוּ CECIDERINT Eccleſ. IV. 10. quod neceſſario de alterutro intelligendum eſt; quem alter poſſit erigere: quod utroque cadente, haud æque commode fieri poterit. E *Nominibus* illud Zach. IX. v. 9. eminet, ubi *aſſellus* בן אתונות filius, ſeu *pullus* ASINARUM vocatur, h. e. *cujusdam* vel *unius* aſinarum: quum nunquam à pluribus quis naſci queat matribus. Similiter quando David *affinitate ſe devincire* jubetur cum Saule, בשתיים *per* DUAS *ejus filias*; neceſſario *una duarum* intelligitur. Quia utramque ſimul ducere tam lege prohibebatur, nuptiis duarum interdicente;

פלגי מים *rivos*, h. e. aliquem *rivorum aquæ*: Job. XXI. 32. והוא לקברות יובר & *ipſe in ſepulcra*, h. e. aliquod *ſepulcrorum, effertur*: Neh. III. 8. *Chananja* dicitur *filius pigmentariorum*, h. e. cujusdam *pigmentariorum*: c. VI. 2. *conveniamus una* בכפירים *in vicis*, i. e. aliquo *vicorum* &c. p) Gen. XIX. 29. *dum everteret urbes iſtas*, אשר ישב בהן *in quibus*, i. e. *in quarum* una *habitaverat Lot*. q) *Interpr.*

te [r]; quam matrimonio alterius, cum Adriele nuper inito [s]. Nisi hunc nodum solvendum dixeris, numerali *ordinali pro cardinali* substituto [t]; ut per *secundam*, gener Regis fieret, prout B. noster LUTHERUS transtulit [u]. De *Pronomine* exemplum prostat in illo, qui Lev. XX. 14. contra divinum interdictum [x], *matrem ejusque filiam* in matrimonio habuerit: quibus denunciat Lex l. c. *igne comburant eum,* וְאֹתָהֵן *& illas*; h. e. *alteram istarum*, quam illegaliter priori superinduxerat. Quibus, majoris adhuc illustrationis ergò, è N. T. adjici merentur Matth. XXVI. 8. ubi *discipuli*, & Marc. XIV. 4. *quidam eorum* dicuntur *indignabundi* ægre tulisse, quod ungventum magni pretii effusum perierit: quæ tamen indignatio Joh. XII. 4. *uni* saltem discipulorum, nempe Judæ adscribitur. Ita Matth. XXVII. 44. etiam *latrones* cum Christo crucifixi, perhibentur contumelia eum affeciisse: quod tamen Luc. XXIII. 39. *uni* saltem istorum adscribitur, vehementer ab altero ab id ipsum reprehenso. Similiter Luc. XXIII. 36. & Joh. XIX. 29. *milites* supplicio affectis *adstantes* recensentur *Christo acetum præbuisse*; quod Matth. XXVII. 48. & Marc. XV. 36. istorum *uni* tribuitur. Quomodo & *discipuli* in monte olivarum Christo templi structuram Matth. XXIV. 1.

§. 161. *r*) Lev. XVIII. 8. *s*) 1. Sam. XVIII, 19. *t*) *Interpr.* §. 7. l. 1. *u*) du solt heute mit der andern mein Eydam werden. *x*) Lev. XVIII, 17.

oſtendiſſe dicuntur; quod tamen Marc. XIII. 1. ad *unum* ſaltem iſtorum reſtringitur. Unde ſatis ſuperque conſtat, *Pluralem* nunc de *uno*, (certo *incerte* notato, ut loquitur DRUSIUS [y]), nunc de *aliquot*, vel quibusdam [z], ſub plurali contentis, ipſa etiam Scriptura duce, eſſe intelligendum.

§. 9.

Recte itaque huic ipſi fundamento ante laudatus *Kimchi* ſuperſtruit, quod, *quando ſingularis plurali jungitur, aut pluralis ſingulari*, COMPENDIOSA *ſit locutio; quæ Idiotiſmum linguæ conſtituat, in quampluribus uſitatum locis* [a]. Videtur his verbis, & applicatione exemplis [b] ſubjuncta, *Ellipſin* in hâc concepiſſe conſtru-

---

y) *Miſcellan.* Cent. II. c. 12. coll *Quæſtion.* Ebr. lib. I. quæſt. 5.

z) ex collatione Matth. 26. 8. cum Marc. 14. 2. Vid. pluribus infr. §. 12.

a) Verbis & l. c. ad §. 8. lit. (k) p. 34. *b*) Verbis citatis ſubjungit: כמו ותקח האשה את שני האנשים ותצפנו/ ויבא משה ואהרון/ וקבל היהודים/ עדיו יבוא ויבשו/ ויקראו אל שוער העיר ויגידו להם/ רוצה לומר אל כל שוער והם היו רבים כמו שאומר להם/ וכן ויקרא השוערים/ ויושב את משה ואת אהרון/ וצריקים ככפיר יבטח/ וצרקת צריקים יסירו ממנו/ ויבוא אלי אנשים/ נלכדת הקריות והמצורות נתפשו/ לא המעד אשריו/ כי מצפון יבוא לה השודדים/ וחטאתינו ענתה בנו/

ſtructione; in qua ſuppleri nunc debeat אחר vel אחת *unus, quidam, quædam,* pro varietate connexionis; nunc כל אחת vel כל אחר *quilibet, quælibet:* interdum קצת

ועיניו קמה דעלי/ חכמות בחוץ תרונה שהוא כמו תרון/ חכמות שרותיה תעננה/ שרד מואב ועריה עלה/ בנות צערה והדומים להם/ h. e. v. g. Joſ. II. 4. *& ſumſit mulier illa duos iſtos viros, & occultavit EUM:* Exod. X. 3. *& VENIT Moſes ac Aaron*: Eſth. IX. 23. *& recepit* quisque *Judæorum*: Jeſ. XLV. 24. *ad ipſum veniet, & ERUBESCENT:* 2. Reg. VII. 10. *advocabant portatorem urbis, & annunciabant ILLIS,* h. e. *unicuique portatorum, qui plures erant; unde dicebat ILLIS: & ita* verſ. ſeq. *& vocavit* aliquis *portatorum:* Exod. X. 8. *& REDUCTUS FUIT Moſes & Aaron:* Prov. XXVIII. 1. *& juſtorum* quisque *ut Leo juvenis confidens eſt:* Jeſ. V. 23. *juſtitiam juſtorum removent ab EO,* i. e. *iſtorum quolibet:* Ez. XIV. 1. *& venit ad me* pars *virorum,* & conſederunt: Jer. XLVIII. 41. *capta fuit URBES,* i. e. *urbium* quælibet, *& MUNITIONES* i. e. *munitionum* unaquæque *occupata eſt:* Pſal. XXXVII. 31. *non nutabit greſſuum ejus* ullus: Jer. LI. 48. *nam ab Aquilone ſuperveniet eidem VASTATORES,* i. e. *vaſtatorum* quilibet: Jeſ. LIX. 12. *& peccatorum noſtrorum* quodlibet *teſtatur contra nos:* 1. Sam. IV. 15. *& oculorum ejus* quisque *ſtabat,* de Eli: Prov. I. 20. *Sapientiae* i. e. *ſapientiarum* aliqua, ſuprema ſcil. *foris CLAMITAT;* תרונה *enim perinde eſt ac* תרון: Jud. V. 29. *prudentiſſimarum Principum ejus* quælibet *reſpondebat eidem:* Jer. XLVIII. 15. *devaſtatus eſt Moab, & urbium ejus* quælibet *aſcendit:* Gen. XLIX. 22. *filiarum* quælibet *progreditur: & quæ his ſunt ſimilia.* Quibus immediate ſubjungit: וכן לשון רבים על יחיר מפני המלחמה אשר סבבוה/ כי תקראנה מלחמה/ ברגלים תרמסנה

קצרה vel מן; aut קצרת, vel מקצת h. e. *quidam*, *quæ*

תרמסנה עשרת גאות/ ידה ליתד תשלחנה/
יחפרו בעמק וישיש בכוח/ נסו ואין רודף רשע/
הר גבננים/ מרה נמלצו לחכי אמרתך והדומים
להם/ ויש לתרת טעם בהם למרה באו כן כמו
שאני עתיד לבאר בשלרת ותצפנו בשרשו בחלק
הענין והמשכיל יבין כרא אחד ואחר לפי מקומו:
i. e. *Et eodem ſenſu pluralis jungitur ſingulari*, v. g. 1. Reg. V. 17. *propter bellum* ullum, *quæ CIRCUIRANT eum*: Exod. I. 10. *ſi EVENERINT* ullum *bellum*: Jeſ. XXVIII. 3. *pedibus PROCULCABVNTUR* quælibet *corona faſtuoſa*: Jud. V. 26. *manus ejus* quælibet *ad paxillum EXTENDEBANTUR*, (modo hic non ſit legendum תְּשַׁלַּחְנָה *extendebat eam*): Job. XXXIX. 21. *FODIUNT* equorum quisque *in valle, & exultat robore*: Prov. XXVII. v. 1. AUFUGIUNT *nemine perſequente*, quisque IMPIUS: Pſ. LXVIII. 16 *mons GIBBOSI*: Pſ. CXIX. 103. *quam DULCIA SUNT palato meo* unumquodque *verbum tuum*: *& quæ ſunt his ſimilia. Certe dari de illis ratio poteſt, quare ita occurrant; prout ego interpretaturus aliquando ſum in voce* ותצפנו Joſ. II. 4. *ad ejus radicem, in Parte Significationis eruendæ. Et intellectu pollens intelliget unumquodque ſecundum ſedem ſuam.* In radice צפן, ad quam provocat, f. 111. c. 2. l. 4. adducto exemplo את שני האנשים ותצפנו i. e. *duos iſtos viros, & occultavit eum*, adjicit: פירוש אמר ותצפנו כי לא החביאה שניהם יחד במקום אחר רק זה לברו וזה לברו כדי שלא ירגיש עליהם אדם/ i. e. *ſenſus, quod dixerit, occultavit EUM, quia non abſcondidit utrumque ſimul in eodem loco; ſed quemlibet ſeorſim: ne quisquam hominum eos ſentiat.* Quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *oc-*

quedam, *pars*; vel etiam כמות *tot*, *aliquot*; aut רוב, רבת, vel הרבה *multum*, *multitudo* *. Qualem in illis, quæ ceu fundamentum totius Locutionis convertibilis [c] posuimus [d], agnoscit etiam B. noster GLASSIUS [e]. VOSSIVS quoque ab hac sententia non multum recedit, quando quamplurimas Constructiones sensui potius, quam formæ accommodatas, non modo per *Ellipsin* explicandas, asserit [f]; sed diserte *partitivum* ipsum, *unus* [g] vel *quid*, *quiddam*, *aliquid* [h], quandoque supplendum, contendit. Cui pollicem in eo premit SANCTIUS [i], quod easdem itidem per *Ellipsin* commode illustrandas asseverat; & haud raro vocem *pars*, quæ idem est, ac *aliquis*, *quidam*, supplendam docuit [k]. In ea certe constructione, cujus probitatem ac valorem nunc examina-

---

cultavit quemlibet istorum. *) Hujusmodi vocem præcipue urgent Num. IX. 6. ויהי אנשים & erat *maxima pars*, vel *multitudo* virorum: uti Eccl. II. 7. בני בית היה לי *multitudo* domesticorum, vel vernarum erat mihi, sequitur הרבה per *Zeugma* repetendum. *c*) Qua scil. modo singularis plurali, modo Pluralis singulari jungitur. *d*) Supr. §. 8. ad (l) & (m) p. 34. sqq. *e*) cujus verba allata sunt §. 8. ad lit. (o) p. 35. *f*) l. c. lib. VII. c. 3. seqq. *g*) l. c. cap. X. p. m. 381. b. circa med. cap. XIX. p. 393. seqq. *h*) l. c. c. V. p. 371. b. & p. 372. Edit. Amstel. 1695. in fol. *i*) *Minervæ* lib. IV. c. II. seqq. *k*) vid. post c. IV. p. 553. ubi *aliquis* supplendum docet, item *singuli*, l. c. p. 639. quod æquipollet cum *quilibet*, inprimis l. c. p. 625. Edit. Amstel. 1714.

mus, Scriptura ipſa quandoque ſe explicat, voculam מן *partitive* ſumtam, inſerendo [l], vel הרבה ſuppeditando, per Zeugma iterandum*. Quo jure igitur, Activis Verbis finitis ſine Nominativo poſitis, ſubaudiunt ejusdem Verbi Participium, propter illud alicubi expreſſum [m]; aut pronomen *quispiam* vel *quicunque*, ob lectionem marginalem איש 2. Sam. XVI. 23. explicationis loco additam [n]: eodem & hanc excuſare liceret interpretationem. Dubio inde enato, quod textui, uti nil demi, ita quoque nil temere addi debeat, ſatisfaceret diverſitas Numeri, vocem convenientis numeri ſubaudiendam poſtulans [o]. In Commentariis ſuis laudatus KIMCHI hinc

---

l) Vid. Lev, XI. 32. 33. 34. 37. 38. 39. Dan. II. 33. Jer. XIX. 1. *Talmudici* ipſi מן Lev. XI. 39. occurrens per מקצת *partem* interpretantur, in cod. *Chüllin* f. 128. b. l. 12. conf. etiam cod. *Cerithut* c. VI. θ. 8. cum *Barten.* & Gloſſa marginali ad Gemaram l. c. cod. *Erachin* c. VII. f. 28. a. l. 8. 14. in quibusdam eſt cap. VIII. θ. 4. ad quam conf. *Maim.* it. *Jalkut* ad Deut. XXXIII. 2. f. 310. c. 3. l. 26. quæ & Raſchi habet ad l. c. *Eccl. II. 7. *m*) ſcil. Nah. II. 3. 2. Reg. III. 15. Jeſ. XVI. 10. *n*) Vid. *Interpr.* §. LXXIX. II. 1. 2. *o*) vid. *Interpr.* §. 5. II. In hujusmodi enim ac Generis diſcrepantia, *Ebræi* dicere ſolent, quod R. SAL. ben MELECH è *Kimchio* ad Deut. XXII. v. 23. affert: לא שיהיה לשון זה נופל על זה אלא יש בו דבר נסתר נופל/ וסמך הכתוב על המבין בהיות הדבר ההוא הנופל מובן/ i. e. *non quod vox hæc in alteram cadat* (ſeu eam reſpiciat): *verum latitat ibi di-*

hinc inde [p] alteram memoratarum Conſtructionum fieri, aſſerit ערך פרט *per viam particularitatis*, quod forte idem, ac *partitive* vel *diſtributive*; alteram על דרך כלל *univerſalitatis via*, vel *collective*. Senſu paululum obſcuriori. Prius ejus membrum terminis magis receptis exprimimus [q]: *Nomen plurale cum Verbo* (adjectivo, vel pronomine) *ſingulari conſtructum, ſumitur vel diſtributive; quaſi unumquodque ſingulare ſub plurali iſto contentum, cum Verbo* (reliquisque) *ſeorſim conſtruatur: vel partitive, ut uni* (vel quibusdam aut aliquot) *plurium competat.* Alterum autem ita enunciamus [r]: *Nomina collectiva* (aut collective ſumta *ſingularia, regunt quandoque Verbum* (adjectivum, ve pronomen) *plurale. Quod dum alia imitantur, qu Collectiva non ſunt, diſtributionem denotant, vel partitionem.*

§. X.

Utrinque conſtructio eſt ſenſui, non formæ, accommodata: ubi ſingulare plurali junctum efficit, u Plurale *diſtribuatur* vel in tot ſingularia, quot in univerſum ſub eo comprehenduntur; vel in aliquot iſtorum:

ctio aliqua occulta, quam reſpicit. Scriptura namque ſe fulcit in intellectu praeditum: quia dictio illa, quam reſpicit, commode poteſt ſubintelligi. p) Conf. ad Pſal. LXXIX. 7. it. Jeſ. XIV. 11. q) *Interpr.* §. 80. II. r) l. c. §. 81.

& deinceps seorsim cum unoquoque singulari jungatur harmonicè. Et Plurale singulari junctum efficit, ut singulare exuat naturam *Individualem*, & pluribus fiat commune, communem cum eo naturam habentibus. Exempla utriusque passim obvia sunt. Et hæc ipsa frequentia nimis densa svadet, ut *schematis* naturam exuat, ac in *Idiotismum*, seu nativam lingvæ indolem abeat: juxta illud QUINTILIANI [s], quo docet, *quasdam figuras ita receptas fore, ut pene jam hoc ipsum nomen effugerint.* Solum namque *primum Geneseos caput* exempla ejus sistit *triginta* ac *septem*; illis connumeratis, quæ vox אלהים cum singularibus constructa constituit. Extra quam occurrit vers. 14. יהי מארת *sit luminaria.* Circa quam constructionem non modo Antiqui in BERESCHITH RABBA [t] delirant, non satis feliciter ab ABRABBANELE

---

s) *Instit. Orator.* lib. IX. c. 3. p. m. 519. t) Sect. VI. f. 7. col. 4. cir. fin. Unde in Jalkut Simoni ad §. 8. f. 4. c. 1. l. 4. sqq. adducitur, ubi tam ex singulari יהי quam ex forma Nominis מארת defectiva, (loco integræ מאורות) inferunt, *solum* intelligi *Solem*, verbis: אמר רבי יוחנן לא נברא להאיר אלא גלגל חמה בלבד אם כן למה נבראת לבנה למוערים כדי לקדש בחשבונה ראשי חדשים ושנים

i. e. *Docuit R. Jochanan, pro illuminatione præbendo non fuit conditus, nisi orbis Solaris tantum. Si sic, quare Luna creata foret? ob festivitates. Ut scil. consecrentur juxta supputationem ejus initia mensium atque anni.* Autor Com-

LE examinati u: ſed nec ABEN ESRA audiendus, cul-

mentarii מתנות כהונה dicti, arbitratur, quod ex defectiva ſcriptura vocis מארת concluſerit, מאור אחר *luminare unum*, hic tantum intelligi. ABRABBANEL autem Quæſt. II. in l. c. f. 15. c. 4. l. 52, ſeqq. conjicit, quod etiam ſingularis יהי ERIT, iſtius cauſam præbuerit, inquiens:

ובכלל השאלה הזאת למה אמר יהי בלשון יחיד
והמאורות הם רבים ובבר" חשבו אנשים שלהיות
אור העליונים כולו נאצל מהשמש והוא המאיר
לכל צבא מעלה ויצורי מטה נאמר בבחינתו
בלשון יחיד יהי מאורות וכתוב מארת חסר לרמוז
לשמש בלבד ושלזה כיון רבי יוחנן שאמר בבר" לא
נברא להאיר אלא גלגל חמה בלבד וכו'

i. e. *Sub hac Quæſtione continetur, quare dixerit, ERIT, in ſingulari; cum* מאורות *LVMINARIA, pluralem conſtituat? In Bereſchith rabba quidem putant quidam, quod, quia lux ſuperior tota à Sole promanat, qui illuminat omnem exercitum ſublimitatis, & creaturas inferiores; hujus reſpectu dicatur in ſingulari, erit Luminaria. Scribatur autem* מארת *defectivè; ad innuendum Solem ſolum. Et quod hoc intenderit R. Jochanan, in Bereſchith rabba dicens, ſolam ſolis ſphæram hunc in finem conditam fuiſſe, ut illuminaret* &c. Et idem arbitratur R. SAM. *JAPHE* l. c. infr. ad lit. (a) p. 47.

ואיפשר דמרכתיב נמי יהי ול"ק יהיו דייקין לה ואין
להק' דא"כ באיזה מאמר נבראת הירח ויש אם למקרא

i. e. *fieri quoque poteſt, ut etiam exinde* moti, *id concluſerint, quod ſcribatur ERIT, non vero ERVNT. Nam ſi illud foret, per quem ſermonem creata fuiſſet Luna? nam mater* (fundamentum) *exiſtat in Scriptura.* u) l. c. f. 16. c. 2.

pam rejiciens in verbum היה, quod ipſi eſt *beteroclíton* [x]; quamvis fideliter eum ſequatur R. SAL. ben MELECH in *Michlal Jophi* ad l. c. [y]. Propius accedit *HISKIAS*, autor Commentarii *Chaſſekuni* dicti: qui tamen & ipſe

---

l. 42. ſeqq. & c. 3. init. facit enim Verbo יהי ſubjectum האור הראשון *lucem* illam *primigeniam*, primo die conditamGen.I.3. & מאורות Prædicatum propoſitionis ipſi conſtituit. Ita enim col. 3. l. 3. ſqq. יהי מאורות ר"ל יהי האור הראשון ההוא ברקיע השמים כדי שיהיו החלקים שיתלה בהם מאורות i.e. verbis *SIT* vel fiat *Luminaria, vult innuere, ſit Lux illa prima in expanſo cælorum, eum in finem, ut partes illæ, quibus inhærebit, fiant corpora lucem diffundentia.* l. 8. vocat verba היי מאורות *connexionem Prædicati cum ſuo ſubjecto.* x) זלת. היי יהיה בעבור שירברו בה הרבה הוא ליחיד ולרבים גם לנקבה כי יהיה נערה בתולה i. e. *vox* יהי *ex* יהיה, *quoniam utuntur eadem nimis frequenter*, ideſt *ſingularis & pluralis numeri, & in ipſo fœminino* genere uſurpatur, ſicut dicitur, Deut. XXII. 23. *ſi* יהיה *fuerit puella virgo.* y) fol. 2. col. 3. circa fin. לשון הויה אינו שומר בהרבה מקומות יחיד ורבים זכר ונקבה ואמר יהי לשון יחיד על מאורות שהוא לשון רבים וכן אמר כי יהיה נערה בתולה i. e. *radix* היה *non obſervat in quamplurimis locis* diſcrimen *Singularis ac pluralis, nec maſculini ac fœminini Generis. Adhibetur enim* יהי *numeri Singularis de* מאורות, *quod eſt pluralis numeri: & ita alibi* Deut. XXII, 23. Scriptura *dicit, quum* יהיה *fuerit* in

ipſe vim ejus non ſatis eſt aſſecutus [z]. Juxta regulam modo indicatam, verti debent, *ſit* unumquodque ***Luminarium*** [a]: & quia duo præcipue indigitantur, SOL ***luminare magnum*** hic vocatus; atque LUNA, ***luminare minus*** ſalutata: perinde eſt, ac ſi unumquodque ſeorſim cum Verbo ſingulari יהי *ſit*, cohæreat, dicaturque, *ſit SOL luminare magnum; ſit* LUNA *luminare minus*. Primum quoque caput *Jeſaiæ*, quem in oppoſitione ad *Jeremiam* tantis evehunt laudibus [b], ſingulari עם atque גוי *decies* alia jungit ſingularia; ſed *quadragies & ſemel* pluralia. Refert quoque זרע מרעים *ſemen malefacientes* [c]. Et inverſa con-

---

maſc. *puella virgo.* z) Verba ejus ſunt in Comment. ad l. c. דרך מקרא לדבר בלשון יחיד אצל רבים כמו ויהי אנשים אשר היו טמאים / וכן פירוש יהי מעשה ומהו המאורות מארת האור שיולך מן האור שנברא ביום ראשון יחלק לב' חתיכות וכו' i. e. *mos eſt Scripturarum, jungere Singularem Plurali, quemadmodum* Num. IX. 6. *& ERAT viri, qui fuerant polluti. Ita enim explicari debet, ſit aliquid: quodnam vero illud eſt? Luminaria quædam præbentia lucem, orituram de Luce iſta primo die condita: dividatur* nunc *in duas partes* &c.

a) Prout è Judæis optime interpretatur R. SAMUEL JAPHE in *Jephe Toar*, (qui Commentarius eſt in *Bereſchith rabba* prolixiſſimus,) fol. 38. c. 2. poſt med. verbis ופירוש יהי מאורות יתהוה כל אחד מהמאורות i. e. *ſenſus* iſtius *ſit Luminaria* eſt, *efficiatur unumquodque Luminarium.* Vid. Supr. ad lit. (t), p. 44. b) *Abrabbanel* ſcil. ac *Richard. Simon*, verbis ſupr. p. 10. citatis. c) Jeſ. I. 4.

conſtructione, quæ præſentem præcipue quæſtionem tangit, Pluralibus, *Principibus* ſcil. *refractariis*, *furumque ſociis*, jungit Pronomen *ejus* [d], pro *iſtorum*; ac reliqua Singularia, AMAT *munus*, & PERSEQUITUR *retributiones* [c]. Etiam רוכבי Pluralibus, quæ præcedunt, ſcil. לא זרו ולא חבשו *non compreſſa ſunt*, *nec obligata*, jungitur [f]. Et verſ. 21. מרצחים *homicida*, referri debet ad præmiſſum Sing. ילין *pernoctat* [g]: nec minus ושביו & *converſi ejus*, ad תפרה *redimetur* [h]; quod non Numero tantum, ſed & Genere ab illo diſcrepat [i]. Utut *Zeugma* in his duobus aliquid excuſationis afferre queat, quam & in aliis linguis ſuo conciliat uſui

---

Connectuntur enim non per Regimen, ad *Interpr.* §. 20. ſed per Appoſitionem, aut Participium adjective ſumtum, ſuoque connexum Subſtantivo. Ut bene obſervat KIMCHI, ex eoque R. SAL. ben MELECH, verbis: אינו אומר על האבות אלא עליהם אומר שהם זרע המרעים לעצמם במעשיהם הרעים/ i. e *non loquitur de Patribus; ſed de illis ipſis: quod ipſi ſint ſemen* (h. e. filii) *male facientes ſibi ipſis per ſua opera mala.* d) v. 23. שריך סוררים וחברי גנבים כלו, pro כלם e) l. c. אהב שחד ורודף שלמונים יתום לא ישפטו item אליהם f) verſ. 6. g) Hæc enim orationis eſt ſeries: צדק ילין בה ועתה מרצחים/ b) verſ. 27. ita formatur oratio ציון במשפט תפרה ושביה בצדקה i) eodem modo, quo Jeſ. XVI. 8. c. LXVI. 18. c. XXXII. 11. c. XVII. 6. Exod. XVII. 12. Joſ. VIII. 20. Pſal. LVII. 2. Pſal. LXXXVII. 3. à quibus, ob autorem, excludi non debent Jer. X. 3. c. L. 10. 11.

ſüi [k]; ſupererunt tamen in hoc ſolo capite 46. Specimina diſcrepantis indicatæ Conſtructionis. E quibus de ejus judicare datur frequentia [l]. Ob quam *Idiotismi* [m] potius nuncupationem mereri videtur, quam figu-

G.

Cum & Rom. II, 14. legatur: ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τῦ νόμυ ποιῦ, ἕτοι νόμον μὴ ἔχοντες &c. ÆLIAN. Var. Hiſt. l. X. c. 21, ἐσμὸς μελισσῶν καθίσασι: JULIANUS Orat. I. p. 19. μοῖρα σφῶν ὑ Φάυλη προσθέμενοι. & apud VIRGIL. Æn. VI. v. 660. *Hic manus ob patriam pugnando volnera paſſi:* nec non LIVIUM *maxima pars ab equitibus in flumen acti:* ac SALLUST. Jug. c. 105. COHORS PELIGNA *velitaribus armis, non ſecus atque aliis armis, adverſus tela hoſtium, quod ea levia ſunt*, MUNITI. Plura dabit JAC. PERIZONIVS ad *Sanctii* Minervam, lib. IV. c. X. p. 717. in *Syllepſi* per Genera & Numeros ſimul: unde hæc mutuavi, Ebraicis conformia. *k*) Conf. VOSSIUS l. c. c. IV. p. 369. b. ſeqq. c. XIX. p. 394. b. ſeqq. SANCTIUS, Minervæ lib. IV. c. 8. p. 707. ſeqq. *l*) Exprimam hic pauca, ad lit. (i) p. nudo numero ſignificata. Jeſ. XVI. 8. ונשאר בו שרמות חשבון אומלל, cap. XVII. 63. עוללות, c. XXXII. 11. רגורת בוטחות, c. LXVI. 18. מעשיהם ומחשבותיהם באות, Jer. X. 3. חוקות העמים הבל הוא, cap. L. 10. והיתה כי תשמחי כי תעלזי, verſ 11. juxta *Cethib*, כשרים לשלל שוסי נחלתי. Quibus adde Jeſ. XIV. v. 11. מכסיך תולעה, ibid. v. 25. בארצי, & mox מעליהם ac שִׁכְמוֹ, cap. XXV. v. 3. קריות גוים עריצים יירָאוך, cap. XXVII. 11. קצירה תשברנה, Jer. XLVIII. 44. אביא אליה אל מואב שנת פקודתם/ in quibus omnibus diſcrepantia Generis & Numeri ſimul concurrit. *m*) Quo nomine poſt *Kimchium*, §. 8. ad lit. (k) p. 34. adductum, etiam B. MART. GEIE-

figura; quæ rarius ſolet occurrere. *Frequens* autem *conſvetudo in alteram degenerat naturam.* Præter allegata enim à KIMCHIO, in notis expreſſa, BUXTORFIUS [n], atque GLASSIUS

RUS introducit, ad Prov. XIV. 1. in teſtimonium vocatus ſupr. §. 7. lit. (h) p. 33. *n*) *Theſauri* linguæ ſanct. Ebr. lib. II. c. 2. p. 327. Ubi Subſtantivo *plurali* adjectivum *ſingulare* nectitur, ad diſtributionem vel partitionem iſti inferendam, Pſalm. CXIX. 139. ישר משפטיך *rectum eſt judiciorum tuorum* unumquodque: Jeſ. XVI. 8. שרמות חשבון אמלל *arvorum Chesbonis* quodlibet *languidum eſt:* Pſal. LXXVIII. 15. בתהומות רבה *in* unaquaque *abyſſorum magna:* quibus B. GLASSIUS adjicit Phil. ſacr. lib. III. tr. I. can. 13. p. 413. (A. 51.) Gen. XLVII. 3. רועה צאן עבדיך quisque *ſervorum tuorum paſtor gregis eſt.* Sed ubi Verbum ſingulare Nomini plurali jungitur, l. c. cap. X. p. 411. hæc affert exempla: Exod. XVII. 12. ויהי ידיו אמונה *& fuit* quælibet *manuum ejus firma:* Job. XII. 7. שאל נא בהמות ותורך *interroga quæſo! jumenta*, & quodlibet *te docebit*: Pſalm. LXXIII. 7. יצא מחלב עונימו *prodit præ pinguedine* uterque *ipſorum oculus*, vel quilibet *oculorum ipſorum.* Pro. XIV. 1. חכמות נשים בנתה ביתה *ſapientium mulierum* quælibet *ædificat domum ſuam:* Joel I. 20. גם בהמות השדה תערוג אליך *etiam beſtiarum agri* quælibet *glocitat* (ſeu vociferatur) *ad te*: Prov. III. 18. וכסיליהם מרים קלון & *ſultorum* quisque *ſuſtinet ignominiam:* Thr. III. 38. מפי עליון לא תצא הרעות והטוב i. e. *ex ore Altiſſimi non prodibit* ullum *malorum*, *ſed bonum quodcunque:* Jer. IV. 14. עד מתי תלין בקרבך מחשבות אונך *quousque morabitur in medio tuo* ulla *cogitationum vanitatis tuæ?* Jeſ. 64. 11. כל מחמדינו היה *omne deſiderabilium noſtrorum* quodque *ab-*

sius °, pro veritate *Idiotismi* stabilienda afferunt plura alia. Quibus, ex *quatuordecim* (à Masora typis

---

it in desolationem: Psalm. LXXXVII. 3. נכבדות מדבר בך *glorioforum* quodque *de te dicitur*: Exod. XXXI. 14. מחלליה מות יומת *profanantium illud* quisque *moriendo morte afficiatur*: Prov. III. 18. ותומכיה מאשר & *apprehendentium eam* quisque *beatus est*. o) l. c. lib. III tract. III. can. 52. p. m. 662. (A. 397.) seqq. superaddit Genes. XXXV. 26. *hi erant filii Jacobi*, אשר יולד לו *quorum* quisque *natus ipsi fuerat*: Num. XXXII. 25. ויאמר בני גד & *dicebat* quisque (aut, si hoc speciem tumultus præberet, nomine reliquorum, aliquis) *filiorum Gad*. Libenter supplerem *tribum*, si ejus in præced. facta fuisset mentio. 1. Sam. XVI. 4. *trepide accurrerunt SENIORES urbis in occursum ejus*, ויאמר שלום בואך & *dixit* quisque, vel aliquis reliquorum nomine, *pacificus* ne *adventus tuus*? Prov. XVIII. 9. אולים ילדיך נשם *stultorum* quisque *eloquitur reatum*. GEIERUS in Commentariis suis amplius provocat ad Psal. LVII. 2. עד יעבור הוות *donec transeat calamitatum* quælibet: it. Psal. VII. 2, 3. *libera me ab omnibus persecutoribus meis, ne* יטרף *dilaniet* quispiam, vel aliquis eorum, *instar leonis, animam meam*: Psal. LXXXIX. 6. 7. *effunde iram tuam super GENTES & super IMPERIA, nam devorat* quisque gentilium, & quodlibet Imperiorum *Jacobum*: nec non ad Eccl. X. 1. (ad quem locum etiam *Ab. Esra* provocat, pro explicandis verbis Gen. XLIX. 22.) זבובי מות יבאיש יביע *muscarum lethalium* vel una *foetere facit oleum* שמן רקח *aromaticum*: atque ad Eccl. II. 7. ubi dicitur *possedi*, vel emi *servos ac ancillas*, ובני בית היה לי, & *filii domus*, i. e. *vernæ* vel generalius *domestici*, juxta Interpr. §. 27. *fuit mihi*. Ubi tamen per *Zeugma*, ex subsequenti membro vox הרבה, quæ idem ac רוב huc trahenda videtur, hoc sensu,

pressa ? notatis) illis exemplis, in quibus יבוא in יבואו

& *multum*, vel *multitudo* vernarum aut domesticorum, *fuit mihi*. Nisi quis existimet, convenientiam cum casu obliquo בית constitutam fuisse, juxta *Interpr.* §. 82. Sed prius malim. *p*) Tam finali fol. 15. col. 7. in fine, quam textuali ad Lev. XI. 34. quo illa remittit, verbis: יבוא יֹרסבירין יבאו וסימניהון נמסר בפרשת שמיני i. e. *quatuordecim* loca sunt, *in quibus* יבוא *putatur mutandum esse in* יבאו; *quorum tradita fuit consignatio in Sectione* שמיני, scil. Lev. XI. 34. Ubi ad יבוא Masora textualis major, annotat: יֹר סבירין יבואו וקרינן יבוא וסימניהון מכל האכל אשר יאכל/ אוצר ה׳ יבוא / עתר יבוא דבריך/ אשר לא שמח נרחי עלם / מצפון יבוא לה שוררים/ וברותי מכם המורדים / ועל מת אדם לא יבוא/ וחנשיא בתוכם נבואם/ עדיו יבוא ויבשו/ ערל לב וערל בשר/ יבוא כל בשר לחשתחוות/ יום חוא ועריך יבוא/ יראו ורעך יבוא בי/ לכל יבוא גבורתך/ i. e. *Quatuordecim putantur* יבואו dici debuisse; *nos vero legimus* יבוא: *quorum designatio est* Lev. XI. 34. in versu qui incipit, *ab omni cibo, qui comedi solet*; in quo occurrit אשר יבוא עליו מים *super quem venerit aquarum* aliquid: Jos. VI. 19. in *thesaurum Domini veniet*: Jud. XIII. 12. *nunc venerit* aliquid *verborum tuorum*: Jer. XLIX. 36. *quo non venerit* aliquis *depulsorum Elam*: c. LI. 48. *à Septentrione superveniet ipsi vastatorum* quilibet: Ez. XX. 38. qui incipit, *& seligam ex vobis rebellantes, ad terram Israëlis* nullus *veniet*: c. XLIV. 25. & *ad mortuum cujusdam non veniet*, scil. Sacerdotum ullus: c. XLVI. 10. & *Princeps in medio istorum, cum ipsi ingrediuntur*, ingrediatur: Jes. 45. 24. *ad ipsum* quisque *veniet & erubescent*: Ez. XLIV. 9. *præputiatus corde & præpiatus carne* non ingredietur: Jes. LXVI. 23. *veniet omnis caro ad incurvandum sese*:

יבואו mutandum, quidam *opinati* * sunt non satis periti, (quos præcipitantiæ [q] non semel incusćant Masorethæ, & haud raro vocant *seductores* [r]), minimum *Octo*, quot codex noster MStus [s] numerat, adjicere licebit. In quorum primo מים, quod vel centies Pluralibus jungitur, (& ob copiam *guttarum* in *aqua coalescentium* in Singulari vix potest concipi), cum singulari construitur * :

Mich. VII. 12. dies *ille, quum ad te venerit*: Psal. LV. 6. *timor & tremor invadet me*: Psal. LXXI. 18. *omni venturo fortitudinem tuam.* Exciderint licet ex his Ez. 46. 10. c. 44. 9. Jes. LXVI. 23. Mich. VII. 12. Psal. LV. 6. Psal. LXXI. 18. In quibus indicia discrepantis constructionis non sunt evidentia: reliquuntur tamen Octo. *) סבירין hujusmodi loca vocantur Masorethis. *q*) quoties adjiciunt וקריגן i.e. *Sed nos legimus*, prout *in Cethib* habetur: ut h. l. item ad Lev. VI. 6. Exod. XVIII. 9. Lev. VII. 36. Num. XIII. 22. Jos. VIII. 17. *r*) *Masora text.* Exod. XXV. 15. c. XXVII. 19. Deut. XXVIII. 46. Jos. XXIV. 5. Jer XXII. 12. Ez. XXV. 7. &c. *finalis* fol. 45. c. 3. ant. med. in ממנו, f. 49. c. 2. post med. in עולם. *s*) ad Ez. XX. 38. quæ & alibi exprimit. Ipsæ typis exscriptæ Editiones ad Num. XIII. 22. ubi ויעלו ויבוא legitur, non nisi octo numerant ויבוא, quæ legenda putantur ויבואו: in quorum recensione aliquot occurrunt, ex serie jam enumeratorum. Inter illa tamen enarratur 2. Sam, III. 22. עבדי דוד ויואב בא *servi Davidis & Joab VENIT.* Quod tamen liberabit *Interpr.* §. 83. *) q. d. אשר יבוא עליה i. e. אחר המים כל שהוא ומה שהוא *super quem venerit* quicquam *aquarum*, quantulumcunque fuerit, & cujuscunque speciei, vel liquoris.

quod præter h. l., in ſolo Pentateucho [t] minimum *ſepties* adhuc Singularibus annexum deprehenditur. Ut unus Prov. XXVIII. verſus 1. exempla præbet utriusque Conſtructionis [u] ſuperius enarratæ, ac ſibi invicem oppoſitæ, oppoſitum pii impiique hominis referens ingenium: ita unus v. 29. Gen. XXVII. quoad literas *tria* ſiſtit conſtructionis diſcrepantis exempla, cum ea, quam examinamus, exacte convenientia. Quam refert etiam Lev. XI. 35. יותץ כיריים *teſtarum* quælibet *comminuetur*: Joſ. VIII. 20. לא היתה בהמם ידים לנוס *non erat ipſis* ullum *ſpatium, ad effugiendum*: Ezech. XIV. 1. ויבוא אלי אנשים *& venit ad me* (non aliquis, ſed) pars *virorum*: Ion. I. 6. אולי יתעשת אלהים לנו *forte cogitabit* aliquis *Deorum de nobis*: erant enim Gentiles, quorum quisque ad ſuum ſe convertebat Idolum. Pſalm. XXXVII. 31. לא תמעד אשריו *non nutabit* ullus *greſſuum ejus*. Prov. XIV. 3. שפתי חכמים תשמרם *labia*, h. e. *ſermonum labiis*

---

t) Præter Lev. XI. 34. adhuc amplius cum ſing. conſtruitur l. c. verſ. 38. in eodem cum præcedenti valore, *cum inditum fuerit* quicquam *aquarum*, quantulumcunque fuerit. Sed Gen. IX. 15. ſenſu ferme oppoſito: *non erit amplius* ulla *aquarum*, אחו המים כדי שחת quantacunque fuerit, etiam maxima, *in delevium*. Reliqua vid. Num. XIX. 13. 20. cap. XX. 2. c. XXIV. 7. c. XXXIII. 14. u) Quæ etiam ambo â KIMCHI obſervata ſunt; quodlibet in ſede ſibi competente, ſupr. §. 9. ad (b) p. 39. & 40.

labiis formatorum quisque, *custodiet eos*: ut ex adverso Eccl. XII. 10. שפתות כסיל תבלענו quisque *sermonum stulti absorbebit eum*: 2. Sam. XXI. 6. ינתן לנו שבעה אנשים מבניו/ vel יותן, i.e. *tradatur nobis* unusquisque *septem virorum de filiis ejus*: Jer. XLVIII. 7. ויצא בגולה כוהניו ושריו יחד/ i.e. *& exibit in exilium* quisque *Sacerdotum ac Principum ejus una*: (reliqua ex hoc capite exempla vers. 41. atque v. 15. qui constructionem continet oppositam, ut Prov. XXIIX. 1., supra jam fuerunt allata). c. L. vers. 9. חציו כגבור משכיל *sagittarum ejus* quælibet, *ut heroïs, feliciter tendit.* Et his vel centena alia poterant adjici; etiam ea, in quibus literæ singularem exhibent, puncta vero pluralem, sine ulteriori Masoretharum observatione *: si de probitate, & valore hujus Constructionis ullum foret penes eruditos dubium.

§. XI.

Cum autem circa eam Judæi pariter ac Christiani omnes con-

*) Cujusmodi v. g. 1. Sam. XXXI. vers. 4. *& venient præputiati isti* וְדָקְרֻנִי & aliquis istorum *confodiat me, aut illudant mihi*: Zach. XIII. vers. 13. וְדָקְרָהוּ & *perfodiat eum* יוֹלְדָיו aliquis *generantium eum*, aut *pater ipsius, aut mater*: in hoc ipso cap. Jer. II. v. 19. וּמְשׁוּבוֹתַיִךְ תּוֹכִחֵךְ & *aversionum tuarum* quælibet *corriperet te*: cap. XXIIX. 14. *jugum ferreum posui super collum* כל הגוים *omnium gentium*, וְיַעַבְדֻהוּ & unaquæque istarum *serviet ipsi*. Cujusmodi infinita ferme occurrunt.

consentiant; quotquot modo naturam ac idioma linguæ scrutati, norunt intimius: nomi netenus *R. Abr. Aben Esræ* [u], *Kim.*

---

u) Comment. ad Gen. XXVII. 29. verbis אוררין ארור *maledicentes tibi maledictus*, adjicit, sensum fore, כל אחד מאוררין וכן וצריקים ככפיר יבטח ורבים ככה וכן ומברכין *quisque maledicentium tibi; quomodo etiam* Prov. XXVIII. v. 1. *sed* QUILIBET *justorum, instar leonis juvenis confidens est: & multa sunt hoc modo* dicta & intelligenda. *Quemadmodum* & hoc ipso versu, *& benedicentes*, idem est, ac *benedicentium tibi quisque*. Quam regulam repetit Gen. XLIX. 22. ubi provocat ad Eccl. X. 1. Exod XVII. 12. oblegat ad Gen. XLIX. 22. & ad Prov. XXVIII. 1. Gen. IX. 15. remittit ad Num. IX. 6. & Lev. XI. 38. ad Num. XIX. 20. cujus idem sensus, cum eo quem tradit Lev. X. 33 coll. v. 35. & in omnibus ferme locis, in quibus ead. occurrit constructio. Prov. XIV. 3. c. XXVIII. 1. Huic autem *Aben Esræ* subtilitatis laudem tribuunt omnes. R. SAL. ben MELECH in Præf. *Michlal Jophi* החכם רבי אברהם בן עזרא לו הודו כל הבאים אחריו בפשט המקרא וברקדוק/ *Sapientissimum* inquit, *R. Abrahamum Esræ filium omnes laudant, ipsum* ætate *secuti, in sensu Scripturæ literali ac Grammatico* eruendo. Quin *Davidi Kimchio* ipsi eum præfert, in Epilogo nominatæ compilationis, יש לראב"ע ז"ל יתר שאת עליון בדרך הפשט: *est* inquiens, *R. Abrahamo fil. Esræ p. m. excellentia dignitatis super* Kimchium *deferenda in modo interpretandi* Scripturam *simplici* ac literali. Magno illi *Maimonidi* dignus videbatur, quem moriturus unice legendum commendaret filio superstiti. Quod *Sapientis* nomen per excellentiam eidem tribuatur, vulgo constat. *R. Dav. Ganz* ad an. 4934. f. 39. a. l. 28. vocat eum החכם הגדול

Kimchi [x], *Ralbag* [y], *R. Moſes Alſchech* [z], *Abrabbanel* [a], *R. Sal. ben Melech* [b]; *B. Sal. Glaſſius* [c], *Mart. Gei-*

הומופלג *ſapientem magnum & admirandum*: & nemo non in honorem ipſius aſſurgit. *x)* non tantum in *Michlol* l.c. ad §. 8. & 9. ſed & in Commentariis ſuis, oblata occaſione, ubivis. *y*) in Commentariis ſuis paſſim, vid Prov. XIV. 1. *z*) v.g. in רב פנינים f. 153. b. circa fin. & alibi, ubi occaſio poſtulat.

a) Conf. ad Gen. XLIX. 22. Comment. in Legem f. 122. c. 3, l. 2. Edit. Ven. & alibi. *b*) ad Gen. XLIX. v. 22. ait: ואמר בנות ואמר צערה רוצה לומר כי כל אחת מהבנות גבהה ער שצערה על החומה / ובא לשון יהר על רבים דרך קצרה / i. e. *dicit filiae, & adjungit incedit; ad innuendum, quod UNAQVÆQVE filiarum, eo usque exaltetur, ut incedat ſuper murum. Jungitur autem ſingularis plurali, via compendioſa*, h. e. per Ellipſin. Ad Pſ. XXXVII. 31. verba ובא לשון יחיד ער notat: לא תמעד אשריו רבים דרך קצרה ר"ל אפילו אחת מאשריו לא תמעד / i. e. *occurrit ſingularis de plurali via compendiaria:* q. d. *ne UNUS* quidem *greſſuum ejus vacillabit.* Ex Kimchii verbis ſupr. allegatis. Quam *Ellipſin* inde hauſtam etiam defendit ad Lev. XVI. 3. Deut. XXII. 23. Jeſ. XIV. 11. Jer. XLVIII. 15. 41. Quemadmodum illa ad Exod. XXI. 22. ובא כנוי הרבים לאחד מהם כי פירוש ונגפו ונגף אחד מהם / i. e. *occurrit indicium Pluralitatis de UNO iſtorum: quia ſenſus* vocis & *percuſſerint*, eſt *ſi percuſſerit, iſtorum unus.* De Verbo plurali, quod ſingulari Nomini jungitur, vid eundem ad Exod. I. 10. Ubivis enim Kimchio eſt conformis.

c) ll. cc. ad §. 8. lit. (o) p. 35. it. §. 10. p. 50. 51.

Geierus [d], *Sebaſt. Schmidius* [e], *Buxtorfius* [f], *Druſius* [g], & quicunque aliquod inter Philologos Ebræos nomen obtinuerunt unquam. Ideo neutiquam opus eſt, novo congeſto exemplorum acervo lectorem denuo obruam. Senſus quippe perſpicuus eſt, ſive *quamcunque urbium* dici putes *combuſtam*, ſive *maximam* ipſarum *partem*, aut *aliquot*. Ne quis enim priorem interpretationem, quæ *univerſalem* cunctarum *urbium* infert *conflagrationem*, ideo rejiciendam arbitretur; quod tempore hujus pronunciati vaticinii nondum omnes Imperii urbes ita fuerint combuſtæ, ut incolam non receperint: cum primaria adhuc & metropolis hujusmodi ruinæ neutiquam fuerit obnoxia; imo pleræque ſub *Joſia* [h] ſatis floruerint, ſuis abundantes incolis. Scire conducit, *Prophetiam* hic *recenſeri*, *futura praedicentem*: *Ubi* ob certitudinem vaticinii, *in Praeterito* ſæpe *enunciantur*, *quae* in quibus-

---

d) ad Pſalm. VII. 3. Pſalm. XXXVII. 31. Pſalm. LVII. 2. Pſalm. LXXIX. 7. Pſalm. LXXXVII. 3. Prov. XIV. 3. c. XXVIII. 1. Eccl. II. 7. c. IV. 10. c. XII. 10. &c. *e*) Paſſim in Commentariis ſuis. Vid. ſupr. §. 7. ad (h) & (i) p. 33. *f*) ll. cc. ad §. 10. lit. (n) p. 50. *g*) *Miſcell.* Cent. II. c. 42. *Quaſt. Ebr.* lib. I. quæſt. 5. & paſſim in Commentariis ſuis. *h*) Utpote cui divina facta erat promiſſio, quod *oculi* ejus *viſuri non ſint malum*, *incolis inferendum*, 2. Chr. XXXIV. 28. 2. Reg. XXII. 20. Repugnat etiam curæ ipſius, quam in abrogandis diverſis Prædeceſſorum ſuorum abuſibus, ac Idololatriæ monumentis, nec non Templi

busdam *post aliquot* demum *secula* suum *sortiri debebant eventum* [i]. Quod si *Jesaias*, qui ultra centum & quinquaginta annos *Jeremiam* antecedebat, eandem prædicens calamitatem, sua jam ætate dicere potuit [k], *urbes vestræ igne sunt combustae*: quid ni *Jeremias* imminenti vicinior calamitati, eandem inculcaturus vastationem, Præterito uti potuerit? utut ipso actu singulæ urbes nondum conflagrarint, aut forte adhuc nulla. Id ut probem, non opus est, longius excurram ad cap. I., originem mali retegens, verbis [l]: *à Septentrione aperietur malum super omnes terrae incolas. Nam ecce ego vocaturus sum omnes familias Imperiorum Aquilonis, ut veniant, & ponant quisque solium suum ad ostium portarum Jerusolymæ, & adversus omnia ejus mœnia per circuitum; atque adversus omnes urbes Judeae.* Quæ hic prædicuntur comburendæ. Ea ipsa, quæ verbis examini expositis partim immediate atque in eodem versu præcedunt, partim in proxime annexo sequuntur, sufficienter declarant, rem hic prædici futuram. Præcedit enim [m], *contra eum RVGIENT leones adolescentes*: & sequitur [n], *etiam filii Noph & Tachpanes DEPASCENT te vertice*: *annon*

restauratione adhibuisse dicitur 2. Reg. XXII. v. 3. seqq. *i*) juxta *Interpr.* § 162. 2. *k*.) Jes. I. 7. *l*) Jer. I. 14. 15. *m*) eodem v. 15. עליו ישאגו כפירים *n*) v. 16. גם בני נוף

hoc FACIET tibi &c? Ut itaque proxime præcedentia & ſequentia de re adhuc futura loquuntur; ita & inſperſa in horum medio: quamvis expreſſa ſint per formam Præteritum. Quibus accedit, quod idem de *comburenda terra* vaticinium alibi [o] ita repetat, ut in Futuro & auſpicetur & finiat; Præteritis hinc inde inſperſis. Spiritu ſcil. prævidebat *quamcunque urbium* populi Iſraëlitici velut *exuſtam*, nemine *ullam iſtarum* inhabitante. Quam viſionem mentis ita exprimebat, ut ſibi fuerat oblata [p]. Nec dubitandum, quin eventus eidem reſponderit.

והלא זאת תעשה לך, item v. 17. ותחפנס ירעוך קדקד

o) Jer. IX v. 9. 10. 11. ac alibi. *p*) ABEN ESRA quidem in ſuo ad Gen. XLVIII. 22. Commentario, ac R. DAV. KIMCHI in Michlol f. 12. c. 4. l. 41. ſeqq. rationem hujus alternationis, certitudini divinæ promiſſionis ac decreti tribuunt: hic tamen alibi, cum LACTANTIO, divinæ eam influentiæ ac repræſentationi adſcribit; quæ res adhuc futuras Prophetis obtulerit, ut actu exiſtentes. Primi verba ſunt:

אל תתמה על מלת לקחתי כי לאחר שהשם נתנה
בפה לאברהם הם יחשבו שהיא שלהם וכן נאמר
ליעקב לך אתננה ולזרעך i. e. *ne mireris de voce DEDI: quoniam, ex quo Deus ore tradiderat eam Abrahamo, reputabant eam pro ſua. Nam & Jacobo dictum fuerat* Gen. XXVIII. 13. *tibi dabo eam, & ſemini tuo.* *KIMCHI* novum in ſuo *Michlol* caput l. c. his auſpicatur verbis: ותרע כי

מנהג העברים בלשון הקודש להשתמש בו עבר
במקום עתיד שהן אותן וזה בנבואה ברוב כי הדבר
ברור כמו אם עבר כי כבר נגזר i. e. *Scias vero* (in

derit. Comprobat id *Jeremias* *, ac *liber Regum* [q]: exaggerant *Threni* [r], & Pſaltes [s]: atque aſſenſum præbent diverſorum Scriptorum [t] annales.

MSto ותמצא *invenies vero*), *quod mos ſit Ebræorum* (ita in MSt. & Edit. Conſtant. pro quo Veneta male העוברים) *in lingua ſancta, ut uſurpent in ea Præteritum, loco Futuri per* Præformativa איתן exprimendi: *id quod in vaticiniis utplurimum* contingit. *Quoniam res adeo clara eſt, ac ſi præteriiſſet: utpote quæ dudum eſt decreta.* Ad Pſal. III. v. 5. ita de hac Enall. diſſerit: ויענני עבר במקום עתיד כמו ויעננו וכמוהו רבים / או הוא כמשמעו כי בטוח היה בזה / או רוח הקודש הופיע ער לשונו כן / והוא הנכון / וברוב הנבואה נמצא זה שהוא מדבר עבר במקום עתיד שהוא כאילו נעשה הדבר כיון שנאמרה ברוח והקדשו i.e. *& exaudivit me, Præteritum loco Futuri, quaſi* diceretur, *& exaudiet me. Cujusmodi plura* occurrunt exempla. *Aut relinquitur in ſenſu à forma ſuppeditato: quia promiſſioni de hoc factæ confidebat. Aut Spiritus Sanctus hunc linguæ ejus præbuit influxum: quod præferendum judico. In plerisque autem vaticiniis deprehenditur, ut Praeteritum adhibeatur loco Futuri: quia eſt, ac ſi res* jam *facta ſit; poſteaquam enunciata fuit per Spiritum Sanctum.* Conformia his mox repetit ad Pſalmi IV. v. 2. vocem הרחבת. LACTANTIUS propius ad propoſitum, lib. VII. qui eſt *de vita beata*, cap. 24. p. m. 669. *Prophetæ* inquit, *Futurorum pleraque ſic proferunt & enunciant, quaſi jam peracta. Viſiones enim divino ſpiritu offerebantur oculis eorum, & videbant illa in conſpectu ſuo quaſi fieri ac terminari.* *) c. XLIV. 2, 22. *q*) 2. Reg. XXV. 9. 2. Chron. XXXVI. 19. *r*) c. I. 1. 4. c. II. 2. ſqq. c. III. v. 11. c. V. 18. *s*) Pſal. LXXIX. 1. 7. Pſal. CXXXVII. 7. *t*) Jer. XXXIX. 8. Neh. I. 3. c. II. 3. 13. 17. c. VII. 4. JOSEPH. An-

§. XII.

Longe efficacius itaque ſignificat Singularis plurali junctus, quam ſi Numero inter ſe convenirent. Ibi enim ne *unam* quidem iſtarum à *combuſtione* fore *eximendam*, innuitur; hic indefinite ſaltem *urbes* dicerentur *comburendæ*. Id quod impletum fuiſſet, ſi vel maxime plures manſerint intactæ. Ubi, ſi quis ex ullo Scriptore fide digno, (de quo tamen vehementer dubito) evinceret, quasdam ſaltem manſiſſe integras; dicendum foret,

---

tiq. lib. X. c. 10. & 11. Quod optime agnoverunt TALMUDISTAE: ac proinde, caſtella munita villis oppoſituri, ut honorem etiam vaſtatis Palæſtinæ urbibus conſervarent, in cod. *Megilla* cap I. θ. 1. dixerunt has ברכים המוקפין חומה מימות יהושע בן נון/ *ab Joſuæ ævo moenibus cinctas.* Hanc enim appellationis hujus, in *Miſchna* citata occurrentis, rationem in *Gemara Jeruſol.* reddit *R. Simon, ſub nomine R. Joſuæ fil. Levi*, inquiens: חלקו כבוד לארץ ישראל שהיתה חריבה באותן הימים ותלו אותה מימות יהושע בן נון/ i. e. *honorem deſerunt terrae Iſraëlitarum, quae tum temporis erat vaſtata; dum reſtringunt id ad dies Joſuae filii Nun.* In quo conſentit etiam MAIMON. in ſuo ad hanc theſin Commentario. Et clarius adhuc R. OBADIAS *de Bartenura* ad l.c. ותקנו שהכרכים המוקפים חומה מימות יהושע/ אע"פ שאין להם חומה עכשיו יקראו בש"ו כמו שושן/ כרי לחלוק כבוד לא"י שהיתה חרבה בימי מרדכי ואסתר/ כרי שיהיו קורין כבני שושן ויחשבו כאלו הם כרכים

foret, *ſenſum* hic obtinere *partitivum*: qui & ipſe huic locutioni nonnunquam competit. Non tantum, ut *unus* plurium intelligatur; ſed *aliquot* iſtorum: qui, pro conſtructione conſervanda, *pars* dici poterunt. Ebraice קצרת vel מקצרת [u], & pro ratione contextus, רוב [x] vel רבית [y], aut כמורת [z]. Pro quo probando, non magnopere urgeo, quod verba Matthæi [a] *diſcipulos* incuſantis, Marcus [b] per *quosdam* interpretetur. Sola ſibi hic ſufficit lingva Ebræa. Quando legimus [c] ויהי אנשים ad literam, *& fuit viri.* Non poteſt verti *aliquis viro.*

המוקפים אעפ שהם עתה חרבין i. e. *conſtituerunt, ut urbes moenibus cinctæ à diebus Joſuæ, quamvis MVRO tunc fuerint PRIVATAE, die XV. legant, ut commorantes Suſæ: quò honor deferatur terrae Iſraëlis, quae in diebus Mardochæi & Eſther erat DEVASTATA. Ut, legentes more Suſiorum, reputentur urbes fore moenibus cinctæ; quamvis tunc temporis forent VASTATÆ.*

u) Quorum id maſc. hoc fœm. prout ſilum orationis poſtulat: Senſus autem utriusque idem eſt. *x*) *potior* vel *magna pars*, cum maſc. *y*) *multitudo* F. ut Pſalm. CXXIII. 4. Pſal. CXXIX. 1. 2. Chr. XXX. 17. ת pro ה Inſtit. §. 42. Obſ. 2. ex forma integra רִבָּבָה Lev, XXVI. 8. ut שִׁמָּמָה & שַׁמָּה *deſolatio*, Ez. XXIII. 33. *z*) ad lit. *quantitas, quot?* in ſcriptis Rabbinorum. Quæ ſingulæ convenientius adhiberentur ad ſenſum *partitivum*, plerisque approbatum, conſtituendum; quam *Kimchii* הֲמוֹן Jer. XLVIII. 15. & alibi inſertum. *a*) cap. XXVI. 8. *b*) cap. XIV. 4. *c*) Num. IX. 6.

rorum, voce אחר cum Kimchio [d] ſubintellecta; propter ea quæ ſequuntur [e], & *pluribus* impuritatem adſcribunt, ex contactu cadaveris humani contractam: ob quam eodem cum reliquis die Paſcha commedere non valuerint. Nec *quilibet* aut *quisque* virorum, כל אחר [f], poteſt ſubintelligi; propter ea, quæ verſ. 5. præcedunt, & clare docent, quod plerique feſtum celebrarint. Reſtat itaque, ut ad *aliquot* iſtorum trahatur, reliquorum *partem*; vertaturque, *& erat* pars magna *virorum, qui polluti erant ex cadavere humano.* Ezech. XIV. 1. dicitur, ויבוא אלי אנשים מזקני ישראל וישבו לפני *ad venit ad me* pars magna (q. d. רוב אנשים) *virorum de ſenioribus Iſraëlitarum, & conſederunt ante me.* Si verteres *quilibet virorum*; reniteretur מ vocis מזקני, *partitionem* inferens: ſi *quidam*, vel *aliquis* [g] *virorum* vertendum putes; reclamarent verba *& conſederunt.* Neceſſe ergo eſt, ut *aliquot*, (quia Pluralem regit, cum æquipollente *pars*, vel רוב aut הרבה, [h] *multitudo*, permutetur; ut ſingularis Verbi, *& venit*, locum inveniat. Cu-

---

d) ſupr. §. 8. ad lit. (I) p. 34. *e*) אשר היו טמאים *qui evaſerant impuri.* *f*) plerisque Judæorum ac Chriſtianorum alioquin in ſimili conſtructione receptum. *g*) Subintellecto אחד. *h*) Quod omni Generi ac Numero cohæret. Cum fœm. ſing. vid. Joſ. XIII. 5. Neh. IV. 13. Eccl. I. 16. c. IX. 18. cum plur. utriusque generis Deut. III. 5. Eccl. VII. 7. c. V. 6. c. VI. 11. c. XI. 8. c. XII. 9. De maſc. ſing. non

Cujusmodi quid Eccl. II. 7. ובני בית היה לי eò magis concipi debet [i], quia הרבה paulo poſt ſubjungitur; quod per *Zeugma* etiam huc trahi poterit. Et hoc ſenſu commode expoſueris literas in illo *Cetbib* extantes [k], In tempore illo ASCENDIT SERVI *Nebucadnezaris*, h. e. pars magna ſervorum memorati Regis. *Aliquis* enim vel *quiſpiam* ſervorum operi, quod meditabatur, perficiendo, non ſuffeciſſet : & *quilibet* ſervorum, nemine ad præſidium domi relicto, nec neceſſarius erat, nec Regis vel patriæ tunc proſpexiſſent ſecuritati. Ita ſi כתיב וישתחו לך לאומים in benedictione Jacobo data [l], transtuleris, *& incurvabit ſe tibi* aliqua *nationum*; nimis elumbis ac jejuna foret prædictio, nihil adeo magnificum conſecrando conferens. Sin vero *quamlibet* nationem conceperis; periclitaretur forſan rei veritas. Cui, & conſtructioni ſatisfacies, transferendo, *incurvabit ſe tibi* רוב, h.e. magna pars *nationum*. Ad quorum imitationem verba *Jeremiæ*, ſolœciſmi incuſata, verti poſſent, *magna PARS urbium ejus fuit combuſta*: quaſi ſcriptum fuiſſet / כמות עריו נצתה vel רבה, quæ ad literam ſonarent, *multitudo*, ſeu *quantitas* urbium ejus eſt com-

I

---

eſt dubium. *i*) q. d. ורוב בני בית היה לי, vel והרבה בני בית & multitudo, ſeu maxima pars *vernarum* aut *domeſticorum erat mihi*. *k*) 2. Reg. XXIV. verſ. 10. בעת ההיא עלה עברי נבוכדנאצר maxima pars *ſervorum* &c. *l*) Gen. XXVII. 29.

combuſta. Sed ſuperior interpretatio de כל אחת *unaquaque*, uſitatior eſt in hac locutione; & intentioni dicentis, eo quo explicui modo, magis conſentanea. In qua merito, vel ob ſolum Jer. XLIV. 2. 22. acquieſcimus.

§. XIII.

Pudeat proinde *Abrabbanelem*, *Simonium*, & quotquot cum ipſo fecerint, vitio vertentes *Jeremiæ*, quod verbis עריו נצתה *urbes ejus eſt combuſta*, Plurali ſingularem junxerit: quo dicendi genere *Moſes*, *Jeſaias*, *Prophetæ* in univerſum *omnes*, *ipſique Reges*, *David*, *atque Salomon* uſi ſunt frequetiſſime; ad ſenſum longe efficaciorem reddendum, quam ſi voces connectendæ Numero utrinque conveniſſent. Quæcunque enim locutio *aliquot millenis* defendi poteſt *exemplis*, autoritate nititur diſertiſſimorum Scripturæ autorum, ac evidentiſſima fulcitur ratione; ea non niſi per impudentem calumniam, & cavillationem ineptam, ne quid durius dicam, aliquid *ſoloeci* continere dicitur. Quis unquam *ſoloeciſmi* poſtulavit *Moſen*, בנות צערה i.e. *filiæ incedit*, ſcribentem [m]? quis *Jeſaiam*, clamantem [n] לא זרו ולא חבשו ולא רככה בשמן i. e. *non compreſſa ſunt* (vulnera), *nec obligata*, *nec* ullum iſtorum *illinitum eſt oleo*? vel [o] שרמות חשבון אומלל

(*m* Gen. XLIX, 22. *n*) cap. I. 6, *o*) cap. XVI. 8.

אומלל QVODCUNQUE *arvorum Chesbonis langveſcit?* quamvis præter Numeri diſcrepantiam, etiam Generis hic inveniatur diſſenſus. Aut quis unquam vitio vertit *Davidi*, ſimilem Numeri ac Generis diſcrepantiam ex induſtria conjungenti,in verbis [p], נכבדות מדובר בך *magnificorum*,vel honorabilium QUODQUE *dicitur de te?* Vel dicam ſcribere quis auſus eſt Regum prudentiſſimo Salomoni, dicenti [q] זבובי מוריח יבאיש יביע שמן רקחו *muſcarum* vel una *lethalium fœtere ac ebullire facit unguentum aromaticum?* Quin potius laudem eloquentiæ ſinguli obtinent, ore omnium eapropter celebrati. Quæ & *Jeremiam* [r] ſuo maneat merito.

§. XIV.

Græcorum Latinorumque diſſenſum parum moraremur; etiamſi nihil hujus apud eosdem inveniatur. Horum quippe linguis Ebræa nihil debet; ut hinc modum loquendi ab illis ſibi patiatur præſcribi: quæ aliis ſua antiquitate facem proferre conſvevit [s]. Verum enim vero ſi paulo attentius iſtorum excutiantur ſcrinia;

p) Pſalm. LXXXVII. 3. q) Eccl. X. 1. r) Qui in ſolo capite XLVIII. v. 7. 15. 41. ter eadem uſus eſt formula, à nemine Maſoretharum reprehenſus. Conf. etiam c. XXXVI. 32. s) Præcipue Græcæ:cujus originem *Cadmus* dediſſe fertur

penes utrosque haud obſcura locutionis hujus deprehendentur veſtigia. De frequenti ejus uſu apud PINDARVM, non ſineret nos dubitare EVSTATHII teſtimonium, ſupra [t] tactum; etiamſi nullum hujus in reſiduis ejusdem Carminibus deprehenderetur indicium. Sola enim *frequentia uſus, non inventio*, hoc ipſi nomen parere potuit, ut diceretur *ſchema Pindaricum:* quum ante ipſum plures eo perhibeantur uſi [u]. Magna Scriptorum ejus pars eſt deperdita [x]: quæ crebriora ejus exempla ſimul credi poſſet abſtuliſſe. Nihilominus etiam in illis, quæ hodienum ſuperſunt, aliquot adhuc ejusdem conſpiciuntur rudera. Non acquieſcam in eo, quod alii inde referunt [y], ἀχεῖται ἰμφαὶ μελίων, i.e. *reſonat* quælibet *vocum modulorum;* quum ipſe ibi non legerim. Omnium

---

literas è Phœnice transferens in Græciam, juxta PLIN. lib. VII. c. 56. Conf. ISIDORUS Hiſp. Orig lib I c. 3. *CLEMENS Alex.* Strom. l. I. p. 306. PHILO BYBLIUS apud *Euſeb.* Præparat. Evang. lib. I. c. 9. p. 31. HERODOT. lib. V. c. 58. p. 309. PLVTARCH. Sympoſ. lib. IX. probl. 3. TACIT. Annal. XI. c. 14 CVRTIVS lib. IV. c. 4. LVCANVS lib. III. v. 220. ſqq. *t*) ad §. 5. lit. (a) p. 22. *u*) eod. EVSTATHIO judice l. c. qui *Heſiodum* non modo, & *Epicharmum*, ac *Homerum* ipſum nominat, eodem uſos. *x*) Quorum rudera, ſeu Fragmenta proſtant apud *Eraſm. Schmid.* in fine *Edit.* 1616. p. 157. ſqq. In Edit. *Oxon.* 1697. p. 491. ſqq. celeber. *Joh. Alb. Fabricium* Bibl. Græc. Part I. lib. II. c. 15. nr. 7. p. 537. ſeqq. *y*) qui novam POSSELII Syntaxeos gr. editionem procu-

nium oculis expoſita ſunt, quæ *Olymp.* Od. XI. [z] legun-

tur - - μελιγάρυες ὕμνοι,

ὑςέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται.

Melliloqui hymni, poſteriorum occaſione ſermonum FI-VNT; ad literam *fit*, iſtorum ſcilicet *quilibet*. DEME-TRII conjectura [a], verbum τέλλεται cum ſequentibus conjungentîs, præcedentem orationem mancam effi-cit; & ſequentium ordinem, contra metrum, turbat: atque adeo à Schmidio [b] recte exploditur. Qui ta-men *corruptelam*, quam ſuſpicatur, emendare neſcit. Ibi-dem [c] ASCLEPIADES, teſte græco Scholiaſte [d], & adſti-pulantibus duobus codicibus Palatinis, quibus *Schmidius* uſus eſt [e], præſtantiſſimis, legit:

ἄνεται δὲ πρὸς χάριν ἐυ-

σεβέων ἀνδρῶν λιταί.

---

rarunt, ad Reg. I. de Synt. Verborum, Except. III. (†) p. 67. *z*) Str. I. verſ. 4. 5. p. 135. Edit. Oxon. ſed *Schmidia-næ* p. 278.

a) Supr. §. 5. lit. (d) p. 23. *b*) Comment. ad l. c. p. 280. *c*) Od. VIII. v. 10. 11. ſeu *Antiſtr.* (*a*) v. 1. 2. p. 94. Edit. Oxon. ſed Schmidii p. 210. *d*) Cujus verba ſunt: γράφει δὲ κατ' ἐνίους Ασκληπιάδης ἄνευ τοῦ σ, ΛΙΤΑΙ. καὶ ὕτω καθίςησι τὸν λόγον. πρὸς δὲ τὸ κεχαρισμένον τῇ ἐυσεβείᾳ τῶν ἀνδρῶν, ἀνύυ-σι λιταί. ὡς ἂν αὐτῇ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἐυσεβείᾳ κεχαρισμένα τοῦ λιταν́ευειν ὄντ@. Quæ in Edit. Stephan. 1599. haben-tur p. 93. a. *e*) Provocat enim ad Pal. A. & B. p. 220. a.

ad lit. PERFICITVR *autem in gratiam piorum hominum* PRECES, h. e. quælibet *precum*. Ne prædicatum ſuo privetur ſubjecto; ſi inſerto *hoc*, λιταῖς ſubſtituas, h. e. *precibus*, pro λιταί. Et *Iſthm.* Od. V. [f] occurrit

- - ὐδ' ἐπίσαι δαπάναι

Ελπίδων, ἔκνισ' ὄπιν.

i. e. *neque* QVANTI SVMTVS *ſpei moleſtia* AFFECIT *curam*; h. e. *nullus* maximorum etiam ſumptuum &c. *Pindarum* primum non fuiſſe, qui hoc dicendi genere uteretur, EUSTATHIUS ipſe monuit [g], quatuor exempla ex EPICHARMO afferens, & unum ex HESIODO: quod Theog. verſ. 321. proſtat, his verbis: τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, i. e. *illius autem* (ſcil. Chimæræ) *erat* unum quodque *trium capitum*. Cui alterum ſuperaddere licebit ex eod. autore [h], ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφις, i. e. *erat* unumquodque *centum capitum ſerpenti*. A quo parum discrepat illud EURIPIDIS [i],

ἐνῆν δ' ὑφαντὰ γράμμασιν τοιαῦδ' ὑφή,

i. e. *Inerat* maxima pars *intextarum picturis hujusmodi texturarum*. Quin imo nec ipſe HOMERUS, hanc reſ uit conſtructionem. Quando enim [k] cecinit:

Γυ-

f) Od. V. verſ. 73. p. 464. Edit. Oxon. SCHMID. Epod. (γ) verſ. 3. 4. p. 90. g) l. c. ad §. 5. lit. (a) p. 22. h) *Theog.* verſ. 825. i) *Jon.* verſ. 1146. k) *Iliad.* P. ſeu lib. XVII.

Γνάτά τε κνῆμαί τε, πόδες θ' ὑπένερθεν ἑκάστου
χεῖρές τ', ὀφθαλμοί τε παλάσσετο μαρμαίνοιϊν.

i. e. *Genuaque, TIBIÆque, PEDESque ſubtus uniuſcujuſque* (duorum iſtorum, Thraſymedis atque Antilochi) *MANUSque, OCULIque FOEDABATUR pugnantium* (duorum iſtorum). Efficacia Neutrius γνάτα, tanta eſſe non poterit, ut propter id ſolum reliqua maſculina pariter ac fœminina, quæ Verbo propiora ſunt, penitus attendi nequeant. Quicquid etiam eapropter EUSTATIUS [l] monuerit. Sed nec ſolis Poëtis, qui metro dici poſſent ad hanc locutionem coacti, recepta ea fuit. Etiam ARISTOTELES ea uſus deprehenditur [m], his verbis: οὐκ ἂν ἐξεφύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες, τοῖς δὲ τὰ πτερα, i.e. *non exoriretur bis quidem* ullus *pilorum, nec illis pennarum* ulla. Qui liberrimum dicendi campum habuit: ac ad propius magis reſpexiſſe putandus eſt, quam ad remotius.

§. XV.

Et, ſi vel maxime penes latinos contractior nonnihil

---

verſ. 386. ſeqq. *l*) Ad hoc enim reſpectum fieri, contendit l. c. l. 52. verbis: ἔχει δὲ ἀφορμὴν ἡ σύνταξις τὸ γόνατα ὕστερον, ὡς πρὸς αὐτὸ μὲν ἀσφάλτως ἀποδοθεῖσα, ἐκεῖθεν δὲ ἀναλόγως ἀπὸ κοινοῦ συμβιβαζομένη καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ δύο γένη. *m*) lib. IV. *Problem.* §. 32. Oper. tom. IV. p. 77. Edit. Pariſ. du Vall. 1654.

hil ſit ejusdem uſus: non tamen penitus eſt incognitus. Non tantum PLAUTUS [n] *nobis præſente*, uſurpat, pro *quolibet noſtrum præſente*; & TERENTIUS [o], *neſcio*, inquit, *quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi*. Sed & POMPONIUS *quidam* ait, *apud forum præſente teſtibus, mihi vendidit*. ACCIUS *bis præſente*: & FENESTELLA, *præſente & abſente ſuis*: ac NÆVIUS *præſente omnibus*. Quæ TAUBMANNI eſt obſervatio, ad *Plauti* l. c. addita [p]. Apud quem circumſtantiæ ſubſtrati urgent argumenti, ne NOBIS per *Enallagen* otioſam, pro *me*, poſitum dixeris, ut in ſupra [q] ex *Catullo* & *Tibullo* citatis; ſed per *diſtributionem*, pro *unoquoque* noſtrum, *Te* ſcilicet *Amphitruone*, *Soſia*, *Theſſala*, ac *me ipſa Alcumena*, *præſente*. Id quod etiam in Terentio locum invenit: ubi ſenſus, *abſente* quolibet *noſtrum*, me Phædria, Pythia, atque Doria. In Pomponii verbis, pluralis perſonæ loquenti non competit: atque adeo nec locum invenit otioſa illa Enallage; ſed idem eſt, ac teſtium multitudine, ſive *parte maxima*. Accii verba hunc habent ſenſum, *quolibet* horum *præſente*; Feneſtellæ, ſuorum *quolibet* præſente ac abſente; ac Nævii, *præſente* quolibet *omnium*.

Qui

---

n) *Amphitr.* Act. II. Sc. II. verſ. 194. *o*) *Eunuch.* Act. IV. Sc. 3. verſ. 7. *p*) ad l. c. p. 68. *q*) ad §. 5. lit. (f) & (g), p. 23.

Qui contextui cujuslibet magis competit, quam ſi vocibus *abſente* & *præſente*, Præpoſitionis, aut Adverbii naturam tribueris. Quam autem quisque fingere velit *Figuram*, per quam iſta tolerari queant; mea parum refert. Cui ſufficit, oſtendiſſe, *locutionem latinis non prorſus fuiſſe incognitam.* Atque adeo nec *ſoloeciſmi*, vel *erroris* incuſari debuiſſe ab *Abrabbanele*, nec *corruptionis* ab ullo Pontificio: & conſequenter à *Maſoretbis*, ſine ulla animadverſione, eodem jure ibi tolerandum fuiſſe ſingularem Plurali junctum, quo in infinitis locis aliis. Quod enim in uno, ceu orationis venuſtas, cum obſervantia recipitur; id alibi *rejici* nequit, tanquam *erroneum*.

§. XVI.

Verſiones, quas ſupra [r] adduximus, *antiquæ*, numerum in Verbo ſubſtituentes *pluralem*, neutiquam probant, quod iſtarum autores eum in ſuis invenerint codicibus, quos in vertendo conſuluerint. Quia *ad ſenſum generalem reſpexerunt*, & idioma ejus lingvæ, in quam transferre propoſuerant; de *ἀκριβείᾳ ſignificationis* à ſingulis literis vel vocibus, earumque connexione preſſius eruendæ, raro ac *parum ſolliciti.* Utplurimum in *diſtributiva* hâc conſtructione, ad conformitatem ſubjecti, prædicatum accommodant; utrumque in Plurali effe-

r) §. IV. p. 21, 22.

rentes, in Collectivis autem in singulari: interdum tamen subjectum utrinque accommodant prædicato. Exempli loco prostet Prov. XXVIII. 1. נסו ואין רדף רשע וצדיקים ככפיר יבטח, in quo nemo unquam verba hodie extantia nec *corruptionis* incusavit vitio, nec *soloecismi*: quamvis utrinque prædicatum cum suo subjecto discrepet. R. SALOMON ISAACIDES transfert [s]: *fugiunt impii, nemine persequente: justus autem confidens est, instar leonis, suo confidentis robori:* LXX. reddiderunt, φεύγει ἀσεβὴς, μηδενὸς διώκοντος, δίκαιος δὲ ὥσπερ λέων πέποιθε: VULG. *fugit impius, nemine persequente: justus autem quasi leo confidens* absque terrore *erit.* Quos & B. noster LUTHERUS imitatur, transferens, der Gottlose fleucht/ und niemand jagt ihn; der Gerechte aber ist getrost/ wie ein junger Löwe. GEIERUS è contra, MERCERUM secutus, omnia in plurali transtulit: *fugiunt, tametsi nemo persequatur, impii; justi autem instar leunculi confidunt.* Ad acumen sensus, è diversitate Numeri utrinque inter subjectum ac prædicatum obvia re-

sul-

נסו הרשעים כשיבא אידם ויפלו ברבר ק׳ מאין רודף/ וצדיק אמיץ לבו בהקי׳ב׳ה ככפיר אשר יבטח בגבורתו ad literam, *fugiunt quicunque impii, cum supervenerit ipsorum calamitas, & subito cadunt in rem quandam, nemine* ipsos *persequente. Justi autem animus fortis est in Deo benedicto, leonis instar, qui suae confidit fortitudini.*

ſultantis, nemo omnium attendit: ſed conformitatem utriusque in ſuis exhibent Verſionibus; intimiorem ſignificationem interpretationi reſervantes. Idem de cæteris eſto judicium. Adeo ut ex Verſionibus, quantumvis ſat antiquis, vix unquam ſatis tuto de lectione antiqua ferri poſſit ſententia.

§. XVII.

Et hæc de primo *Jeremiæ* loco perperam in ſuſpicionem *erroris* aut *corruptionis* abrepto, paulo prolixius diſputare volui; integra *Maſoretharum* loca enarrans [t], meumque aſſertum longa exemplorum congerie [u], & copioſiſſimo Autorum diverſæ ætatis ac religionis conſenſu [x] adſtruens. Hunc unice in finem, ut ad eum in ſequentibus, non tantum, quoties ם finale in מ mutandum jubetur, pro mente *Maſoretharum* docenda, tuto provocare queam; tædioſa allegationis repetitione ſublevatus: ſed etiam quoties ob ſimilem conſtructionis diſſenſum, in *Numerorum diverſitate* ſitum, correctionem ſuſcepêre temerariam; per ſolam remiſſionem ad h. l. iisdem eos argumentis retundam facilius. Non enim rara eſt ex hoc fundamento ſuſcepta correctio: paſſim

t) ad §. 1. & 2. p. 12. ſeqq. u) §. 8. 9. 10 p. 34. ſeqq. it. §. 12. p. 62. ſeqq. x) §. 11. p. 56. ſeqq. it. §. 14. 15. p. 67. ſqq.

ejus deprehenduntur vestigia. E quibus jam succurrunt Gen. XXVII. 29. c. XLIII. 28. Lev. XXI. 5. Num. XXXIV. 4. Deut. XXI. 7. Jos. XV. 4. c. XVIII. 12. 14. 19. Jud. XIII. 17. c. XXI. 20. 1. Sam. XII. vers. 10. c. XIII. 19. 1. Reg. VIII. 26. c. XII. 7. c. XXII. 13. 49. 2. Reg. XXIV. 10. Jes. XXXVII. 30. Jer. XV. 16. c. XXII. 6. Psalm. LXXIII. 2. Job. XVI. 16. Esth. IX. 27. Esr. III. vers. 3. &c. Quæ omnia eadem facilitate, iisdemque ferme argumentis, quibus præsens, à corruptionis suspicione liberari poterunt, sinceritatis restituta honori. Quem divina omnia jure merito sibi vindicant.

§. XVIII. *Se-*

ERRATA nobis obvia. p. 14. 15. 16. in fronte §. 2. ponatur pro 3. p. 21. in notis l. 6. post Jer. VI. 6. adde c. XLIV. 2. p. 37. l. 18. pro posteriori *ab*, lege *ob*, p. 39. l. 3. ultimæ voci *interdum* præmitte *addo*, p. 40. in notis l. 14. pro XXVII. lege XXVIII. p. 55. l. 5. insere Jer. XXXVI. 32. ועוד נוסף עליהם דברים רבים כהמה i. e. *& adhuc addebatur* unumquodque *verborum multorum istiu similium*: ad innuendum, quod *nullum* istorum *Baruch* propria autoritate addiderit. Quo minus רוב vel הרבה suppleas, impedit רבים jam expressum. p. 60. l. 3. & 4. lege *Præteritorum*, pro Præteritum. p. 70. l. ult. lege *respuit*; & in notis l. ult. post 1146. adde Tom. II. p. 341. Edit. *Barnes*. Cantabr. 1664.

BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Danz, Johann Andreas,

Shelemut ha-ketiv menutsa□at sive Sinceritas Scriptvrae V. T. Suspicione Erroris in Decade Exemplorum, Abrabbaneli, ac asseclis incusatorum abstersa, Elvctans

Jenae 1717

4 Diss. 3125,15
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10956555-6
VD18 14943034-001